# CORPUS
# SCRIPTORUM HISTORIAE
# BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

[Vol. XLVII.]

---

## MICHAEL ATTALIOTA.

---

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCLIII.

1858, July. 26.

Vol. 47 and 48. 5 thr. 9 sgr.

about $3.71

Attaliata, or Attaliates

# MICHAELIS ATTALIOTAE

# HISTORIA.

OPUS

(Charles Marie)
A WLADIMIRO BRUNETO DE PRESLE,
INSTITUTI GALLICI SOCIO,

INVENTUM DESCRIPTUM CORRECTUM

RECOGNOVIT

(August) IMMANUEL BEKKERUS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCLIII.

## WLADIMIRI BRUNETI DE PRESLE

### PRAEFATIO.

---

Duodeviginti iam elapsi sunt anni ex quo, ad novam Cedreni editionem adornandam hortatu dilectissimi magistri C. B. Hasii V. Cl. codicem graecum bibliothecae Imperatoriae Parisiensis inspicienti mihi, ecce ineditus nec contemnendus sese obtulit scriptor, cuius ope res gestae undecimi seculi et litterarum historia novam lucem accipere mihi videbantur. Is codex optimae notae, membranaceus, seculi duodecimi, olim bibliothecae Coislinianae, nunc Imperatoriae, No. 136 inter Sangermanenses, prima fronte exhibet historiam Ioannis Scylitzae curopalatae, cuius lectionum varietatem tunc misi ad clarissimum virum Imm. Bekkerum editorem historiae Cedreni ac Scylitzae, quae duobus voluminibus prodiit Bonnae a. 1838. Sequitur fol. 167 verso eadem manu exaratum aliud opus inscriptum sic:

*Ἱστορία ἐκτεθεῖσα παρὰ Μιχαὴλ αἰδεσιμωτάτου κριτοῦ ἐπὶ τοῦ ἱπποδρόμου καὶ τοῦ βήλου τοῦ Ἀτταλειάτου.* Praefixa est epistola dedicatoria ad imperatorem Nicephorum Botaniatem. Res quarum ipse testis extitit, brevi quodam orationis genere ac simplici narrare se profitetur [1]) *περὶ ὧν οὐκ ἀκοῇ καὶ μύθοις ἑτέρων παρέλαβον ἀλλ' ὧν αὐτόπτης καὶ θεατὴς ἐχρημάτισα.* Exorditur a Michaele Paphlagone, qui anno Christi 1034 imperator factus est. Inde quinque sequentium Augustorum vitas breviter persequitur; cum autem ad Romani Diogenis et Michaëlis Ducae tempora pervenit, quorum sub imperio variis functus est magistratibus, iam aulae mutabiles status, bellicasque expeditiones quibus interfuit, fusius narrare coepit. Nicephoro denique Botaniate omnia quae per biennium gesta sunt summis cumulat laudibus, caetera deinceps se relaturum promittens [2]). Botaniates vero post aliquot menses ab Alexio Comneno palatio expulsus in monasterium secessit: unde coniicere possis in tam subita rerum mutatione nostrum, si modo patroni ruinae superfuit cliens, ne prioris domini laudes crimini sibi verterentur, nihil magis optasse quam ut in oblivionem veniret. Quod ei diu et forsan ultra spem contigisse videtur. Nullam enim eius apud scriptores qui eadem aetate floruerunt, mentionem invenio. Constant tamen illa de nostri libris ac vita, partim ex eius de se ipso testimoniis. Fuit Michael Attaliates

---

1) fol. 168 recto.
2) fol. 239 verso.

(seu Attaliota) iudex et Anthypatus (vix enim proconsulem audeo dicere) [1] inter iurisconsultos sequioris aevi non ignobilis. Idem anno 1072 Michaelis Ducae imperatoris iussu scripsit Synopsin legum in Monumentis iuris graecoromani a Leunclavio editam [2]. Nec latuit omnino doctos homines eiusdem historia, de qua nunc agimus. Possevinus enim in appendice ad apparatum sacrum p. 133 eam indicat sub falso nomine Michaelis Kaliotae. accuratius Philippus Labbe in delineatione apparatus historiae byzantinae [3] haec habet: „Michaelis Attaliotae chronicon sive historiam a Michaele Balbo usque ad Michaelem Ducam Parapinacium audio delitescere in Scoriacensi Laurentina bibliotheca."

Eadem repetunt Vossius [4], Morerius [5], Saxius [6], Fabricius in bibliotheca graeca [7], Harlesius [8], testem

---

1) Cursus honorum Michaelis Attaliatae ex ipsius scriptis sic potest constitui:

*Κριτὴς τοῦ στρατοπέδου* anno 1068. — (Histor.)

*πατρίκιος* anno 1069 (ibid.)

*κριτὴς καὶ ἀνθύπατος* anno tertio Michaelis Ducae. (Synopsis)

*μάγιστρος, βέστης, κριτὴς ἐπὶ τοῦ ἱπποδρόμου καὶ τοῦ βήλου* a. 1080. (tit. historiae.)

2) Francofurti 1596 — Conf. Fabric. bibl. graec. t. XI p. 1[illegible] ed. Harless — Zachariae, historiae iuris graecoromani delineatio p. 71 — Mortreuil histoire du droit byzantin t. 3 p. 218.

3) De Byzantinae historiae scriptoribus publicam in lucem emittendis *Προτρεπτικόν*. Parisiis 1648. p. 46.

4) De histor. graec. l. IV p. 499 ed. Lugd. Bat. 1650.

5) Le grand dictionnaire historique. Paris 1732 sub v. Attaliates.

6) Onomasticon t. 2 p. 190.

7) t. VI p. 667 — (t. VIII p. 79 ed. Harless.)

8) t. XI p. 194.

adducens Pluerum [1]), denique Haenelus V. Cl. [2]). Nemo tamen, quod sciam, mentionem fecit codicis bibliothecae Parisiensis, ad quam tamen doctis hominibus et indigenis et peregrinis facillimus semper fuit aditus. Neque Montefalconii catalogus bibliothecae Coislinianae, quo continetur Codicis 136 accurata descriptio, [3]) ullius ut videtur salivam movit. Nusquam enim ullum locum huius historiae laudatum reperi, neque in glossario mediae et infimae graecitatis Cangiano, neque in ipsius Montefalconii palaeographia graeca. Quapropter simul atque inveni opus adhuc paene incognitum, nihil antiquius duxi quam ut accuratam codicis Escoriacensis acquirerem notitiam. Etenim is codex a Michaele Balbo, si fides Labbeo ac Fabricio adhibenda, hoc est ab anno 820 initium sumpsisse dicebatur, noster contra a Michaele Paphlagone, anno tantum 1034 incipit. Sed frustra flagitavi ut haec mea de re illa dubitatio significatione aliqua tolleretur. anno tandem 1842 Eduardus Laboulaye academiae inscriptionum socius, Hispaniam peragrans, qua fuit semper in me benevolentia, rogatu meo Scoriacensem bibliothecam adiit, codicem invenit, inspexit, misitque mihi descriptionem, quam omni parte comprobavit accuratus eius-

---

1) in Itinerario per Hispaniam, Lipsiae 1777. p. 182.

2) Catalogi librorum MSS. Lipsiae 1830. qui tamen fallitur indicans codicem 18 Plut. I. arm. Σ. quo continentur Michaelis Apostolii varia scripta.

3) Bibliotheca Coisliniana olim Seguierana. Parisiis 1715 p. 106.

dem bibliothecae catalogus, a viro docto Millero nuper editus [1]).

Is igitur codex, decimi quarti, ut videtur, seculi, olim bibliothecae Matthaei Danduli, initio ac fine mutilus, fert in fronte sed manu recentiori lemma illud: Μιχαὴλ Ἀτταλειάτου χρονικὸν ἀκέφαλον καὶ ἀτέλεστον, ἀπὸ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Τραυλοῦ μέχρι τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Δουκός.

Unde omnes fere in errorem inducti sunt. Doctus tamen quidam anonymus margini adscripsit annotationem illam: „Non te decipiant inscriptiones appositae, sed confer codicem hunc cum Georgii Cedreni annalibus graecolatinis impressis Basileae a pag. 414 linea ultima illius editionis, et videbis inprimis hic haberi ultimam partem historiae illius, scilicet a medio imperio Michaelis Balbi usque ad finem, quem finem videre est fol. 267 pagina secunda huius codicis. Sed ea pag. secunda huius fol. 267 sequitur Michaelis Attaliotae ad imperatorem Botaniatem pro historia perfecta quam scripsit epistola dedicatoria, et fol. 269 historia. imperfecta utrinque est, [2]) scilicet ab ultimo imperio Michaelis Paphlagonis usque ad Michaelem Ducam, cui successit Nicephorus Botaniates, quo tempore floruisse probatur hic scriptor qui sic lacerus ad nos pervenit.“ Initium historiae Attaliatae et cuiusque paragraphi prima

1) Catalogue des MSS. grecs de la bibliothèque de l'Escuria par E. Miller. Paris 1848 p. 136.

2) Initio unicum folium deesse videtur a verbis τὸ τῆς ἱστορίας . . . ad verba Μιχαὴλ Δουκὸς τοῦ Δοκειανοῦ fol. 168 codicis Coisliniani.

verba, quae in usum meum contulit vir cl. et ornatissimus eruditione Laboulaye, conspirant cum codice Parisino, nisi quod in Escoriacensi deest folium unum initio et abrumpitur sermo post verba οἱ πολέμιοι τῆς στρατοπεδείας ἀπόσχονται, quae leguntur in cod. Coisliniano fol. 211 verso, tertia parte libri et amplius amissa.

Solus igitur, quod sciam, Coislinianus codex integram nobis servavit Michaelis Attaliatae historiam. Neque illa quidem diutius in bibliothecarum latebris delitescere debuit, quum multa alia scripta minoris momenti typis expressa sint. Fatendum tamen non apparere omnia in ea nova et inaudita. Multae enim verborum comprehensiones, interdum etiam integrae paginae, paucis mutatis leguntur inter additamenta quae sub nomine Ioannis Scylitzae ad calcem Cedreni edita sunt. Unde fit ut quaestio satis implicata, quisnam sit huius historiae legitimus auctor, novam disceptationem requirat. Cedrenum enim alii, alii Scylitzem furti accusaverunt: nunc tertius in iudicium supervenit Attaliates. Iam vir doctissimus Hasius, inspectis variis Scylitzae codicibus, statuit [1]) Scylitzem primum composuisse Synopsin historiarum a Nicephoro ἀπὸ Γενικῶν Augusto ad Isaaci Comneni imperium anno 1057, quam fere integram Cedrenus transtulit in compendium suum historicum. Postea vero idem Scylitzes, ab Alexio Comneno curopalatae munere auctus, historiam suam

1) In Comment. de Ioanne Lydo p. 33 in libro Ioan. Laur. Lydi de Magistratibus, Parisiis 1812.

deduxit ad annum 1081. Inque hac altera editione multos locos historiae Michaelis Attaliatae transcripsit ad verbum, tacito auctoris nomine, resectisque omnibus iis quae ad laudem Nicephori Botaniatae dicta fuerant.

Eiusmodi fraudem apud auctores medii aevi, immo in omni memoria, non ita raram, mire adiuvit continuata deinceps domus regnatrix Comnenorum. Quis enim tunc inquirebat de Nicephoro Botaniata vel de bucinatore laudum eius? praesertim quum Scylitzes, Bryennius, Anna Comnena eadem narraverint ad maximam Comnenorum gloriam. Nobis tamen, qui testes in utramque partem audire cupimus, satius videtur fontes ipsos quantum licet adire, ferventes interdum vel nonnumquam turbidos, quibus tamen plus saporis inest quam stagnantibus aquis aut varia corrivatione permixtis: qualia fere nobis praebent Cedreni Zonarae aliorumque id genus chronographorum Synopses vel Synagogae.

Talia monente Hasio, rerum ad historiam et litteras pertinentium summo arbitro, magistro ac fautore meo, facile inducta est illustris Academia regia Berolinensis ut Michaelis Attaliatae historiam in Byzantinorum Scriptorum corpus reciperet, in quo iam ante ducentos annos locum ei assignaverat Philippus Labbeus.

Codice igitur quam accuratissime descripto, apographum meum, denuo cum membranis collatum, anno 1844 Bonnae in manus bibliopolae tradidi, quod nunc demum publici iuris fit cum latina

translatione v. cl. Nathanis Rosenstein Gedani. Typographorum plagulas absenti mihi inspicere non licuit: sed recognitionem suscepit vir summus qui iam diu in emendandis priscorum voluminibus felicissimam operam posuit, Immanuel Bekkerus. Cuius illustre nomen titulo affixum opellam meam lectoribus abunde commendabit.

Scrib. Parisiis, XV Cal. Iun. a. 1853.

# ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΑΤΤΑΛΕΙΑΤΟΥ
# ΙΣΤΟΡΙΑ.

## ΛΟΓΟΣ ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΣ ΕΚΦΩΝΗΘΕΙΣ ΠΑΡΑ ΜΙΧΑΗΛ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ ΒΕΣΤΟΥ ΚΑΙ ΚΡΙΤΟΥ ΤΟΥ ΑΤΤΑΛΕΙΑΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΤΟΝ ΒΟΤΑΝΕΙΑΤΗΝ.

*Σὺ μέν, ὦ θειότατε βασιλεῦ, πᾶσαν παιδείαν ἔν τε στρατιωτικοῖς ὅπλοις καὶ μάχαις καὶ στρατηγίαις παντοδαπαῖς καὶ ἀνδραγαθίαις καὶ πρὸ τῆς βασιλείας ἐξησκηκώς, καί φιλάνθρωπος πᾶσι καὶ γαληνὸς καὶ παντὸς τύφου φαινόμενος ὑψηλότερος, ποθεινότατος ἐλογίζου καὶ τῆς πρώτης καὶ βασιλικῆς ἀξίας ἐπάξιος· βασιλεύσας δὲ ψήφῳ θεοῦ καὶ ἱκεσίᾳ πάντων ὁμοῦ καὶ συνθήκῃ τῶν τὰ σὰ γινωσκόντων ὑπερφυῆ προτερήματα, τὸν πλοῦτον τῆς σῆς ἀγαθότητος ἔτι μᾶλλον τοῖς πᾶσιν ἐξέχεας ἀφθονώτατα, ὅσῳ καὶ τὴν τιμὴν ὑπερ-*

## SERMO ALLOCUTIONIS CAUSA DICTUS A MICHAELE MAGISTRO VESTIARIO ET IUDICE ATTALIOTA AD IMPERATOREM BOTANIATEM.

Tu quidem, imperator divinissime, qui omnem disciplinam et in militaribus armis et proeliis et imperiis multis et virtutibus etiam antequam rex factus es exercuisti, atque humanus omnibus et placidus et omni arrogantia maior visus es, desideratissimus iudicabaris et prima atque regia dignitate dignus; cum autem regnares auctoritate dei et precibus omnium simul et assensu eorum, qui tuas noverant immensas virtutes, divitias tuae clementiae etiam magis omnibus effudisti plenissime, quo etiam honore superiore et omnibus celsiore accinctus es

τέραν περιεζώσω καὶ πάντων ἐξοχωτέραν τῇ τοῦ κράτους ὑπεροχῇ. ποικίλαις γὰρ καὶ παντοίαις τιμαῖς καὶ δώροις καὶ ἀφθόνοις χαρίσμασι, καὶ ὅσοις οὐδὲ πάντες οἱ πρὸ σοῦ βασιλεύσαντες τοὺς ἐν τοῖς χρόνοις αὐτῶν ἀνθρώπους ἠμείψαντο, κατελάμπρυνας τὸ ὑπήκοον, καὶ γέγονας τῷ ὄντι τῶν πρὸ σοῦ βασιλέων βασιλικώτερος, ὡς καὶ τοσούτους πολεμίους καὶ τυράννους καθυποτάξας καὶ βίον ἐκ παίδων ἔχων τῶν ἀνδραγαθημάτων τὸ μέγεθος. ὅθεν καὶ ἀγώνων ὑπόθεσις μεγίστη γέγονας τοῖς περὶ λόγους ἐσπουδακόσιν εἰς τὸ συγγράφειν τῶν σῶν κατορθωμάτων τὸ περιούσιον. ἐπεὶ δὲ ὥσπερ τις ὀλυμπιονίκης σεαυτῷ τὰ πάντα καθυπέταξας ἀκριβῶς, καὶ οὐδὲν ἀφῆκας τῶν ἐπαινουμένων ἐν κόσμῳ ἀκατόρθωτόν τε καὶ ἀνυπότακτον, εἶτα καὶ πρὸς τὴν ἐν τοῖς λόγοις καὶ πόνοις ὑψηλοτάτοις σπουδὴν ὅλον ἔτρεψας σεαυτόν, ἡμέρας μὲν τοῖς ἄθλοις καὶ τοῖς τῶν πραγμάτων ὄχλοις πονῶν καὶ κάλλος ἀμήχανον ἑαυτῷ ἐξυφαίνων εἰς ἑνὸς κόσμου, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν ὑπερκοσμίου δόξης συμπλήρωσιν, ἁλουργίδα τε καὶ στέφανον οὐκ ἀποχρῶντα τῆς βασιλείας ἡγήσω παράσημα, στέφανον δὲ χαρίτων καὶ ἁλουργίδα ξενοπρεπῆ δι' εὐσεβείας καὶ φιλανθρωπίας καὶ ἀρετῆς διὰ παντὸς ἐπιδείκνυσαι, καὶ τῷ στέψαντί σε θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ γενέσθαι ὅμοιος περισπούδαστον ἔργον πεποίησαι, ὡς καὶ τῇ ἀναγνώσει καὶ ἀσκήσει τῶν λόγων δικάζειν ἀρρεπῶς καὶ νομίμως καὶ πράτ-

3. ὅσους C. 23. δικάζει C.

potentiae praestantia. variis enim et multis honoribus et muneribus et plenis donis, et quanta ne omnes quidem qui ante te regnarunt aequalibus reddiderunt, beasti subiectos, et factus es revera iis qui ante te regnarunt regalior, ut etiam tantos hostes et tyrannos subieceris et vitam ex liberis capias, nimirum fortium factorum magnitudinem. quare etiam certaminum argumentum maximum factus es orationum studiosis in conscribenda tuorum factorum copia. postquam autem tanquam victor olympicus tibi omnia subegisti aperte, neque quidquam eorum, quae in mundo celebrantur, infectum neque non subiectum; deinde etiam orationum et meditationum altissimarum studio totum te efformasti, tempus certaminibus et factorum copia exercens, et pulchritudinem immensam tibi ipsi contexens in unius mundi sive, ut verius dicam, supramundanae gloriae perfectionem; purpuram et coronam non sufficere imperii putasti signum, sed coronam gratiae et purpuram inusitatam pietate et humanitate et virtute omnino ostendis; atque deo, qui te coronavit, quantum homini licet, similem fieri, opus tibi proposuisti optatissimum, ut etiam lectione et exercitatione orationum iudicas stabili et iusto modo, et facere quae oportet et

τειν ἃ χρὴ καὶ πᾶσιν ὑποδεικνύειν ἀψευδὲς σύμβολον τὰ τῶν νυκτερινῶν σου λόγων σπουδάσματα, καὶ ὡς τὰς βίβλους ἀληθῶς περιέπεις καὶ τούτων ἐπιμελῶς ἀκροᾷ, μείζονα λοιπὸν ἡμῖν τὸν ἀγῶνα καὶ ἀκμαιότερον τέθεικας, ὥστε προφέρειν τι τῶν σῶν τουτωνὶ λογικῶν σπουδασμάτων ἐπάξιον. διὰ δὴ ταῦτα καί τινα δέλτον συντάξας ἐκ τῶν προσεχῶς τοῖς ἡμετέροις χρόνοις γεγενημένων πράξεων ἔν τε πολέμοις καὶ μάχαις καὶ νίκαις καὶ ἥτταις καὶ πολεμικοῖς κατορθώμασιν ἢ ἀτυχήμασι, προσθεὶς δὲ καὶ τὰς αἰτίας κατὰ τὸ δυνατὸν τῶν οὕτω τετελεσμένων, εἶτα παρατείνας τὸν λόγον ἢ καὶ ἐξαρτύσας ὡς ἐνηδύσμασί τισι τοῖς παρεμπίπτουσιν ἀπροόπτοις σημείοις, ἀρετάς τε καὶ κακίας τῶν ἀρξάντων καὶ ἡγεμονικῶς ὑπαρξάντων ἀναταξάμενος, συνεπιπλέξας δὲ καὶ φυσικάς τινας τεχνολογίας καὶ ζώων ἰδέας ἀναφανείσας τοῖς τότε καιροῖς, καὶ ἁπλῶς ποικίλην τινὰ βίβλον ὥσπερ λειμῶνα τοῖς ἄνθεσι βρύουσαν f. 168 r. ἀποτερματίσας ἐπὶ ἐξηγήσει τούτων ἁπάντων (καὶ γὰρ εἰ καὶ περὶ τῶν ἡμῖν ἐγνωσμένων φθέγγεται, ἀλλ' ἡ τῶν καινοπρέπων χύσις οὐ βούλεται ταῦτα σιγῇ παρελθεῖν καὶ εἰς λήθην τούτων τοὺς ἀνθρώπους ἐλθεῖν), ταύτην ὥσπερ τι καλλιέρημα καὶ δεξίωμα δουλικὸν τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ καὶ φιλοχρίστῳ σπουδῇ ἀναφέρω καὶ ἀνατίθημι, ὡς ἂν τῇ ταύτης κρίσει καὶ μεγαλοφυεῖ διαγνώσει διατεθῇ τὰ καλῶς

1. σύμβουλον C. 20. margo ἀνάθημα.

omnibus significare sincere ut signum nocturnarum tuarum orationum lucubrationes, atque quomodo literas vere colas hasque diligenter legas, maius iam nobis certamen et vividius reddidisti, ut proferamus quod tuis hisce oratoriis lucubrationibus dignum sit. propterea igitur etiam cum librum quendam conscripserim rerum proxime nostris temporibus gestarum in bellis et proeliis et victoriis et cladibus et belli felicibus et infelicibus factis, et addiderim etiam caussas, quoad potui, eorum, quae ita gesta sunt, deinde extenderim librum sive potius condierim tanquam condimentis quibusdam fortuitis neque antea animadversis signis, atque virtutes et vitia eorum, qui regnarunt et qui imperatoris modo praesides fuerunt, repetierim, sed adiecerim etiam naturales quasdam quaestiones et animalium formas, quales apparuerint illis temporibus, atque uno verbo varium quendam librum, tanquam pratum floribus abundans finiverim ad enarranda haec omnia, (etenim etsi de iis, quae a nobis spectata sunt, dicetur, tamen novissimarum rerum copia non sinit haec silentio praeteriri et in oblivionem harum homines incidere), hunc igitur librum tanquam sacrum faustum et donum acceptum servi tui humanitati tuae et studio Christianis amicissimo offero et depono ut huius iudicio et distinctione

*ἔχοντα, καὶ εἰ μή τι ἄλλο, τόγε πρόθυμον τῆς ἐμῆς δουλώσεώς τε καὶ πίστεως εὐπρόσδεκτον λογισθῇ θυμίαμα τῇ σῇ βασιλικωτάτῃ καὶ φιλανθρώπῳ μεγαλειότητι, μετρεῖν εἰδυίᾳ μὴ τῇ ἀξίᾳ τοῦ διδομένου ἀλλὰ τῇ διαθέσει καὶ πίστει τοῦ διδόντος τὸ ἀνταπόδομα.*

magnanima discernantur, quae bene se habeant, atque si nihil aliud, certe voluntas meae obedientiae et fidei acceptum habeatur thuris sacrum a tua regalissima et humana magnanimitate, quae metiri scit non ex pretio rei traditae sed ex animo et fide tradentis gratiam.

---

## *ΙΣΤΟΡΙΑ ΕΚΤΕΘΕΙΣΑ ΠΑΡΑ ΜΙΧΑΗΛ, ΑΙΔΕΣΙΜΩΤΑΤΟΥ. ΚΡΙΤΟΥ ΕΠΙ ΤΟΥ ΙΠΠΟΔΡΟΜΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΒΗΛΟΥ, ΤΟΥ ΑΤΤΑΛΕΙΑΤΟΥ.*

*Τὸ τῆς ἱστορίας χρῆμα πολλοῖς τῶν πάλαι σοφῶν σπουδασθὲν οὐ παρέργως, χρήσιμον ἐς τὰ μάλιστα κατεφάνη τῷ βίῳ, τοὺς τῶν ἀρίστων καὶ μὴ τοιούτων βίους ἀνακαλύπτον, καὶ πράξεις ἐπιφανεῖς ἐξ ἀνεπιλήπτου βουλῆς καὶ σπουδῆς διαγράφον, καὶ ἀδοξίας αὖ πάλιν ἐκ δυσβουλίας ἢ ὀλιγωρίας τῶν προεστώτων τοῖς πράγμασιν, ἐξαιρέτως δὲ τῶν ἀρχικὴν μετιόντων ἀξίαν, ὅπως ἄλλοι μὲν ἐξ ἐπιμελοῦς στρατηγίας προφανεῖς κινδύνους κατηγωνίσαντο, καὶ ὅπως ἕτεροι, τῆς νίκης ἤδη προσμειδιᾶν ἐπειγομένης αὐτοῖς, διέφθειραν τὰς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐλπίδας, μὴ συνετῶς χρησάμενοι τοῖς ἐμπίπτουσι. ταῦτα τοίνυν διὰ τῆς ἱστορίας ἀπογυμνούμενα, πολλήν, ὡς*

13. *προμειδιᾶν* C.

## HISTORIA EXPOSITA A MICHAELE ATTALIOTA IUDICE PRAEPOSITO HIPPODROMO ET CURIAE.

Historia a multis doctorum hominum, qui antea fuerunt, tractata non sine studio, utilis in plurimis apparuit vitae, cum optimorum eorumque qui non essent optimi, vitas detegeret et res illustres animo et studio praeiudicatarum opinionum expertibus describeret; et res inglorias rursus ex stultitia et negligentia eorum, qui rebus praesunt, maxime eorum, qui imperatoriam assequuntur dignitatem, quomodo alii diligenti imperio provisa pericula superarint, et quomodo alii, cum

ἔφαμεν, εἰσενηνοχότα τὴν χρησιμότητα, διδασκαλία σαφὴς χρηματίζοντα καὶ ῥυθμὸς τῶν μετέπειτα, πρὸς μίμησιν ἀτεχνῶς ἕλκοντα τῶν εὖ διακεκριμένων καὶ ἀποτροπὴν τῶν ἀσυμβούλως καὶ δυσκλεῶς πεπραγμένων ἐν πολέμοις καὶ μάχαις καὶ λοιποῖς ἀναγκαιοτάτοις ἐπιχειρήμασι καὶ προβλήμασι. διὸ δὴ ἔδοξε κἀμοί, καίτοι μυρίαις ἀσχολίαις ἁλύοντι περὶ τὸ στρατόπεδον καὶ δικαστικοῖς διαλόγοις ἀεὶ περιδονουμένῳ καὶ ὅσαι ὧραι τοῖς ἐξ αὐτῶν συγγράμμασι κάμνοντι, προσθήκην ἐμποιῆσαι τοῖς πόνοις καὶ μικρὰ ἄττα διαλαβεῖν βραχεῖ τινι ῥήματι καὶ ἁπλοϊκῷ, καθὰ προσήκει τοῖς ἱστορίας συγγράφουσιν, ὅτι μὴ ἀγωνιστικὸς ὁ λόγος καὶ διὰ τοῦτο μεθόδου προσδεόμενος τεχνικῆς, ἀλλ' ἱστορικὸς καὶ διπλόης ἁπάσης καὶ ἀκαιρολογίας ἀνώτερος, περὶ ὧν οὐκ ἀκοῇ καὶ μύθοις ἑτέρων παρέλαβον, ἀλλ' ὧν αὐτὸς αὐτόπτης καὶ θεατὴς ἐχρημάτισα, ἵνα μὴ λήθης βυθοῖς διὰ τῆς τοῦ χρόνου παραρροῆς τὰ λόγου καὶ ἄξια συγχωσθεῖεν, ἀλλὰ τὴν μνήμην ἀθάνατον ἔχωσιν.

a. 1034 11. April Ἄρτι τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως βασιλέως Μιχαήλ, ᾧ πατρὶς ἡ τῶν Παφλαγόνων ἐγνωρίζετο ἐπαρχία, κατεπολεμήθη τὸ τῶν Ἀγαρηνῶν φῦλον πρὸς ἑσπέραν ἐν Σικελίᾳ ναυτικαῖς τε καὶ πεζικαῖς Ῥωμαίων

3. ἕλκον C. 8. κάμνοντα C. 14 ἑταίρων C: correxit Brunetus.

victoria iam arridere coacta esset iis, deleverint meliores spes, non prudenter usi casibus. haec igitur per historiam detecta, cum multam, ut diximus, attulerint utilitatem, institutio sapientiae est ei qui rebus summis praeest, et moderatio posteris imitationem necessario excitans bene diiudicatorum et aversionem eorum, quae imprudenter et sine gloria gesta sunt in bellis et proeliis et ceteris maxime necessariis inceptis et difficultatibus. propterea igitur visum est mihi quoque, licet innumerabilibus negotiis turbato rei militaris et iudiciariis controversiis excitato et multum tempus scripta talium rerum laboranti, accessionem facere laboribus et pauca quaedam comprehendere brevi quodam orationis genere et simplici (uti decet historiarum scriptores nisi oratio sit e genere disputationum et propterea methodi appetens artificiosae, sed historica et abundantia omni et loquacitate superior), de iis, quae non fando aut sermonibus aliorum acceperim, sed quibus ipse testis et spectator interfuerim, ne oblivionis voraginibus fluctibus temporis quae narratione etiam digna sint, confundantur, sed memoriam immortalem nanciscantur.

Nuper imperium Graecorum gerente rege pia morte defuncto Michaele, cui patria Paphlagonum provincia nobilitabatur, bellum intulit

δυνάμεσι· καὶ εἰ μὴ διαβληθεὶς περὶ τυραννίδος ὁ τὴν στρατηγίαν τῶν ὅλων ἐμπιστευθεὶς Γεώργιος ἐκεῖνος ὁ Μανιάκης ἐκ μέσου γέγονε, καὶ ἄλλοις ἀνετέθη τὰ τοῦ πολέμου, κἂν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐτέλει νυνὶ νῆσος οὕτω μεγάλη καὶ περιβόητος f. 168 v. καὶ πόλεσι περιεζωσμένη μεγίσταις καὶ τῶν ἄλλων χρηστῶν οὐδενὸς ἀποδέουσα. νῦν δὲ ὁ φθόνος καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὰς πράξεις καὶ τοσοῦτον κατειργάσατο ἔργον· αἰσχρῶς γὰρ καὶ ἀγεννῶς βουλευσαμένων τῶν ὕστερον στρατηγῶν σὺν αὐτῇ καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ στρατεύματος ἀπολώλει Ῥωμαίοις. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ οἵ ποτε σύμμαχοι καὶ τῆς ἰσοπολιτείας ἡμῖν συμμετέχοντες, ὡς καὶ αὐτῆς τῆς θρησκείας, Ἀλβανοὶ καὶ Λατῖνοι ὅσοι μετὰ τὴν ἑσπερίαν Ῥώμην τοῖς Ἰταλικοῖς πλησιάζουσι μέρεσι, πολέμιοι παραλογώτατοι ἐχρημάτισαν ἐμπεπαρῳνηκότος εἰς τὸν ἄρχοντα τούτων τοῦ τότε τὴν στρατηγίαν ἰθύνοντος Μιχαὴλ δουκὸς τοῦ Δοκειανοῦ.

Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις· Μυσοὶ δέ, οἷς εἰδικὴ προσηγορία τὸ τῶν Βουλγάρων καθέστηκεν ὄνομα, τηνικαῦτα τοὺς τῆς δουλώσεως ἀποπτύσαντες χαλινοὺς εἰς ἀποστασίαν προκεχωρήκεσαν, καὶ τὸν βασιλέα περὶ τὰ ἐν Θεσσαλονίκῃ διατρίβοντα ὅρια, καὶ μόνους τοὺς ἐν τῇ αὐλῇ σωματοφύλακας ἔχοντα ὡς διὰ φιλίας παροδεύοντα γῆς, ἰταμῶς συνεδίωξαν· ἐξαρτύσας δ' οὗτος ἅμα τῷ εἰς τὴν βασιλεύουσαν εἰσιέ-

Agarenorum natio occidentem versus in Sicilia navalibus et terrestribus Graecorum viribus, atque nisi accusatus dominationis capessendae, cuius fidei imperium universum datum erat Georgius ille Maniaces e medio sublatus esset, et aliis impositae essent res bellicae, fortasse Graecis nunc esset subiecta insula tam magna atque celebris et urbibus cincta maximis neque ceterorum bonorum ullo carens. nunc autem invidia et virum et facta et tantum delevit opus. cum enim turpiter humiliterque consilia caperent posteri imperatores, cum ipsa insula etiam maxima pars exercitus evanuit Graecis. verumenimvero etiam priores socii aequales nobis civitatis participes ut etiam eiusdem deorum cultus, Albani et Latini, quicunque post occidentalem Romam Italicis regionibus adhaerent, hostes maxime inexspectati exstiterunt, postquam per ebrietatem elusit ducem eorum, qui tum imperium gessit Michael ducas Doceianus.

Sed de his quidem satis dictum. Mysi autem, quibus propria appellatione Bulgarorum nomen impositum est, tunc abiectis servitutis frenis in defectionem processerant et regem in montibus Thessalonices versantem solosque aulicos corporis stipatores habentem, quippe qui per amicam iter faceret terram, audacter aggressi sunt; hic autem instruens simulatque regiam intravit quae ad bellum essent opus fortiter

και τὰ περὶ τὸν πόλεμον εὐθαρσῶς, καὶ τῆς ἐνοχλούσης ἀσθενείας ἐπιλαθόμενος (καὶ γὰρ ἦν τοῖς ἐπιληπτικοῖς, ὡς δέ τινες μελαγχολικοῖς κάτοχος), θᾶττον ἐξ ἁπασῶν τῶν ἐπαρχιῶν συνεστήσατο στρατιάν, καὶ μετὰ τῶν δυνάμεων τῇ Σαρδικῇ τῇ νῦν λεγομένῃ Τριαδίτζῃ καὶ δι' αὐτῆς Ἰλλυρικῷ προσβαλὼν κατὰ κράτος τοὺς ἀποστατήσαντας ἐτροπώσατο, καὶ τὴν χώραν αὐτῶν πολλὴν καὶ μεγάλην καὶ στενόπορον οὖσαν, καὶ χρόνοις πολλοῖς ἀνταγωνιζομένην τοῖς πρὸ τοῦ βασιλεῦσι διὰ τὸ δυσεξίτητον τῶν ἐν αὐτῇ αὐλώνων, ἰσχυρῶς παρεστήσατο, καὶ ἀθιγὴς ἐκεῖθεν ἀνέζευξε, τὰ ἐν ταύτῃ καταστησάμενος πράγματα, καὶ τὸν ἐπιφανῆ λαμπρῶς κατηγάγετο θρίαμβον, καὶ ἀγῶνα ἱππικόν τε καὶ πεζικὸν ἑορτάσας οὕτω δι' ὀλίγου τὸν ἐνταῦθα βίον κατέστρεψε, πολλὰ τῆς ἀρετῆς καταλιπὼν εἰκονίσματα, ζήσας ἐν τῇ βασιλείᾳ χρόνους ζ' καὶ μῆνας ζ'.

a. 1041 Τῆς δὲ συζύγου τούτου καὶ βασιλίδος Ζωῆς ἐν τοῖς κατὰ νότον ἀνακτόροις ἐπανελθούσης ἀπὸ τῶν βορειοτέρων μερῶν τῆς πόλεως (ἐκεῖσε γὰρ ὁ βασιλεὺς περὶ τὴν τῶν ἁγίων ἀναργύρων μονὴν τὸν χοῦν ἐναπέθετο) σύλλογος εἶχε τὴν μεγαλόπολιν, καθὰ φιλεῖ ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων ἐγγίνεσθαι. οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ βασιλεὺς ἀνηγορεύθη Μιχαὴλ ὁ τοῦ προαπελθόντος βασιλέως ἀδελφιδοῦς, τὴν Καίσα-

5. τραλιτζῃ C: correxit Brunetus. 6. προλαβὼν C. 13. μετ'? 14. καταλειπῶν C.

et aegrae infirmitatis oblitus (etenim erat epilepticis, sive ut quidam tradunt melancholicis casibus obnoxius) celeriter ex omnibus provinciis constituit exercitum. et cum copiis Sardicum agrum, quem nunc vocant Triaditzicum, et huius ope Illyricum occupans, fortiter eos, qui defecerant, vicit, et terram eorum multam et magnam et angustam, et temporibus multis resistentem prioribus regibus propter invia loca vallium suarum, fortiter sibi subiecit et tutus hac re castra movit, postquam eius terrae composuit res, et illustrem clare reportavit victoriam: et cum certamen equestre atque pedestre celebrasset, brevi vitam hanc terrenam finivit, multis virtutis relictis signis; postquam vixit in imperio annos septem et menses septem.

Cum autem uxor eius et regina Zoe in regiam ad meridiem sitam rediisset ex partibus magis ad septentriones versis urbis (ibi enim rex ad SS. Anargyrorum monasterium sepultus est) conventus implevit urbem, sicut solet in mutationibus rerum fieri. non multo tempore interiecto rex creatus est Michael regis defuncti nepos Caesaris sortem ex multis habens annis, deinde regia adoptione factus filius et iuribusiurandis terribilissimis non atramento, sed sanguine incorrupto

ρος τύχην ἐκ πολλῶν ἕλκων χρόνων, εἶτα τῇ ἀνακτορίσσῃ θέσει χρηματίσας υἱός, καὶ ὅρκοις φρικωδεστάτοις, οὐ μέλανι ἀλλ' αἵματι ἀχράντῳ τοῦ θεανθρώπου λόγου καὶ χειρὶ τοῦ μείζονος ἐν γεννητοῖς γυναικῶν βαπτιστοῦ ἐνσεσημασμένοις, ἀνόθευτον τὴν πρὸς αὐτὴν τάχα βεβαιωσάμενος πίστιν. καὶ ἦν ὁ ἀνὴρ ἐπὶ μὲν τῆς προτέρας διαγωγῆς κακιζόμενος καὶ τοῖς ἐπαινετῶς πολιτευομένοις μὴ συναπτόμενος, ἐπὶ δὲ τῆς βασιλικῆς ἀναβάσεως καὶ λίαν ἐγκωμιαζόμενός τε καὶ σεμνυνόμενος, οἷα φιλοτίμως ἄρτι πρῶτον ὑπὲρ τοὺς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότας τῇ συγκλήτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις προσφερόμενος ὑπηκόοις, καὶ τιμαῖς περιβλέπτοις καὶ ἀξιώμασι πλείστους ὅσους καταγεραίρων, καὶ τὴν εὐνομίαν, εἴπερ τις ἄλλος, σπουδάζων ἀνεγερθῆναι, καὶ τῶν ἀδικουμένων ἐκδικητὴς ἀναφαινόμενος ἀπαραίτητος, καὶ δικαιοσύνην τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑπεραίρων καὶ προτιμώμενος. ἐξήγαγε γὰρ καὶ τῆς χρονίας φρουρᾶς τόν τε Κωνσταντῖνον ἐκεῖνον τὸν Δαλασσηνόν, ὡς ὕποπτον περὶ τῆς βασιλείας ἐν πύργῳ ἀποκλεισθέντα παρὰ τοῦ θείου f. 169 r.
αὐτοῦ, καὶ τὸν πατρίκιον ἐκεῖνον Γεώργιον τὸν Μανιάκην, ὃν καὶ τῷ τῶν μαγίστρων τετιμηκὼς ἀξιώματι καὶ κατεπάνω Ἰταλίας προεχειρίσατο. τοὺς δὲ συγγενεῖς αὐτοῦ, πολλοὺς μὲν καὶ πλουσίους φορτικοὺς δὲ δοκοῦντας τῷ βάρει τῶν πράξεων, ἄρδην ἐκ μέσου πεποίηκε, τὸν μὲν ἐξάρχοντα τούτων Ἰωάννην μοναχὸν καὶ ὀρφανοτρόφον, ὃς τὴν τῶν πραγμάτων εἶχεν

12. τι ἄλλο C.

rationis hominis divini, et manu maioris inter genitos a mulieribus baptistae signatis sinceram huius adoptionis statim confirmans fidem. atque erat homo propter priorem conditionem infamis, neque laudabiliter administratarum rerum particeps erat. in imperii autem initio etiam valde laudabatur et celebrabatur, ut generose nuper primum prae prioribus regibus senatui et ceteris se offerens subiectis, et honoribus illustribus et dignitatibus quam plurimos ornans, et legitimum statum si quis alius studens suscitare: et rerum iniustarum ultor visus inexorabilis, et iustitiam prae omnibus aliis efferens et colens. eduxit enim etiam ex longinquo carcere Constantinum illum Dallassenum, qui suspectus regni affectandi in turri inclusus erat ab avunculo eius, et patricium illum Georgium Maniacen, quem etiam magistrorum honoravit dignitate et superioris Italiae praefectum constituit. propinquos autem suos, qui multi quidem et divites erant, violenti tamen videbantur atrocitate factorum prorsus e medio sustulit, cum ducem horum Ioannem monachum et orborum praesidem, qui rerum ut rex obtinebat administrationem, in aeternum eiiceret exilium, ceteros vi-

ὡς βασιλεὺς διοίκησιν, ἀϊδίῳ ἐλάσας φυγῇ, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀκμῆτας καὶ τὸν ἴουλον ἐπανθοῦντας, οὓς δὲ καὶ προσήβους, ἐκτομίας ἀπεργασάμενος. καὶ τὸ γένος αὐτοῦ τοῦτον τὸν τρόπον καταστρέψας, ἄφρονα ζῆλον προσφέρειν τοῖς συνετοῖς ἔδοξεν, ἐψιλωμένον ἑαυτὸν τοσαύτης βοηθείας καὶ συγγενικῆς βοηθείας ἀπεργασάμενος.

Ἀμέλει τοι καὶ κατὰ τὴν θείαν καὶ πάνδημον ἑορτὴν τῆς ὑπερφυοῦς ἀναστάσεως Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἥτις πάσχα σωτήριον τοῖς ὀρθοδόξως δοξάζουσι διωνόμασται, τῆς βασιλικῆς εὐτρεπιζομένης προόδου οἱ τῆς ἀγορᾶς προεξάρχοντες, πέπλα σηρικὰ πολυτελῶς ἐξυφασμένα τῇ γῇ καταστρώσαντες ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀνακτόρων μέχρι τῶν τοῦ σεβασμίου καὶ μεγίστου ναοῦ τῆς τοῦ θεοῦ λόγου ἁγίας σοφίας πυλῶν, ἐπὶ τούτοις τὸν βασιλέα μετὰ τῆς δορυφορούσης αὐτὸν εὐταξίας διελθεῖν φιλοτίμως παρεσκευάκασι. μετὰ δὲ ταῦτα καὶ κατὰ τὴν νέαν κυριακὴν ἐφίππου τῆς προόδου γεγενημένης ἐπεριπετάννυντο ὧδε κἀκεῖσε τὰ πολυτελῆ τῶν ὑφασμάτων καὶ τίμια, καὶ κόσμος ἄλλος χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καταστράπτων συνεχῶς ὑπερήρτητο· καὶ πᾶν τὸ τῆς ἀγορᾶς στεφανηφοροῦν καὶ οἷον ἑορτάζον χαρμόσυνά τινα καὶ σωτηριώδη κατελαμπρύνετο· ἡ δὲ προπομπὴ θαυμαστὴ τῷ ὄντι καὶ βασιλική, πανταχόθεν εὐφημίαις συγκροτουμένη καὶ χάρισι καὶ παιανισμοῖς ἐξαιρομένη τῆς πόλεως, πλὴν ὅσον τὸ τοῦ συνήθους

6. βοηθείας] σπουδῆς? an ἀρωγῆς? 11. συρικὰ C. 16. ἐφ' ἵππου C. 23. τὸ suspectum.

gentes et circum primam barbam florentes, nonnullos etiam maturos faciendos curaret eunuchos, et genus suum hoc modo deleret, insanum studium adhibere prudentibus visus est, qui tanto auxilio et propinquorum opibus se nudaret.

Attamen etiam divino et communi festo admirandae resurrectionis Christi dei nostri, quod pascha salutiferum ab iis qui verae fidei addicti sunt nominatum est, cum regia pararetur pompa, antistites fori stragula Serica pretiose texta humi sternentes inde a regia ipsa usque ad portas venerabilis et maximi templi sapientiae sanctae divinae rationis in his ut rex cum ordine satellitum eum comitante ingrederetur certatim effecerunt. deinde autem, etiam nova die festa cum equis pompa fieret circum sternebant hic et illic pretiosa textilia et aestimata, et ornatus alius auro et argento fulgens eminebat: et omnes qui in foro serta gerebant et festum celebrabant laeti et salutares ostentabantur: prosecutio autem admirabilis erat revera et regia, undique acclamationibus applausa et gratiis et paeanibus elata urbis;

πρωιαίτερον γενομένης τῆς προελεύσεως ἔκπληξις κατεῖχε τοὺς συνετωτέρους τῶν θεατῶν, συμβάλλοντας ὅπως πρὸ τοῦ κατασκευασθῆναι τὸ θέατρον καὶ πλησθῆναι τὰς ἀγυιὰς κατεσπουδασμένην ὁ βασιλεὺς τὴν πρόοδον ἐναπέδειξε· καὶ οἰωνὸς οὐκ ἀγαθὸς ἐδόκει τὸ ἔξωρον. τέως δὲ τὸν μὲν βασιλέα αὖθις ὑποστρέψαντα ἐκ τοῦ μεγίστου ναοῦ τῶν κορυφαίων ἀποστόλων εἶχε τὸ παλάτιον, μέγα φρονοῦντα τῷ τυχεῖν τοιαύτης ἀποδοχῆς τε καὶ προπομπῆς, τὴν δὲ δέσποιναν πρὸς τὴν ἑσπέραν ἡ Πρίγκιπος (νῆσος δὲ αὕτη τῆς βασιλευούσης οὐ πόρρω) μελαμφοροῦσαν καὶ κεκαρμένην τὰς τρίχας.

Τῇ δ' ἐπαύριον ἔτι τοῖς πολλοῖς ἀγνώστου καθεστῶτος τοῦ πράγματος, φιλοτιμία περὶ τῶν διηγημάτων τῆς παρελθούσης ἡμέρας ἐγίνετο, τοῦ μὲν τάδε τοῦ δὲ τάδε θαυμαστικῶς ἐπιλέγοντος, καὶ ἄλλου προφθάνειν ἐπειγομένου τὸ παρεθέν, καὶ πάντων ἀποσεμνύνειν βουλομένων τὰ κράτιστα. ὡς δὲ κατέπτη τὰ τοῦ πάθους τῷ δήμῳ καὶ περιέδραμεν ἡ φήμη τοὺς περικύκλῳ, εὐθὺς ἦν ἰδεῖν ἀθρόον τὴν ἐναντίαν μεταβολὴν κατασχοῦσαν τοὺς σύμπαντας, καὶ ἀντεσηκώθη τοῖς χαρμοσύνοις τὰ σκυθρωπά, καὶ ἀντὶ τιμῆς καὶ φιλοτιμίας, ἣν πρὸς τὸν κρατοῦντα ἐδείκνυον, μῖσος ἄσπονδον ἐξηγείρετο, καὶ ἄλλος ἄλλου θερμότερος ἔσπευδε γενέσθαι καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ προκατάρξασθαι δυσμενείας καὶ ἀναιδείας. ταῦτα μεμα-

2. συμβαλόντας C.

nisi quod propter solito prius factam processionem consternatio capiebat prudentiores inter spectantes, reputantes, antequam paratum esset theatrum et impletae viae, regem pompam institutam ostendisse; neque omen bonum videbatur intempestivitas: interea regem quidem rursus reversum e maximo templo celsorum apostolorum continebat palatium alte elatum quod contigerat ei tanta salutatio et prosecutio; dominam autem Principus (insula haec reginae non longe abest) nigris indutam vestibus et tonsam capillos.

Postero autem mane cum etiamtum multitudini ignota esset res instans, certamen narrationum de superiore die fiebat, cum alius haec, alius illa mirifica nominaret et alius prius narrare studeret relictum et omnes celebrare vellent maxima; cum autem concideret populo animi motus et pervagaretur fama omnes circum, statim poterat spectari contraria mutatio, quae omnes occupasset, et aequata sunt laetis tristia; et pro honore et certamine, quae imperatori praestabant, odium implacabile excitabatur, et alius alio calidior studebat fieri, et contra eum inimicitiam prius exercere et impudentiam. quae cum animadvertisset rex et vellet deprimere ardentem perturbationem Byzantiorum inscriptionem quandam curari iussit his in celebriore loco fori

θηκὼς ὁ βασιλεύς, καὶ βουλόμενος καταστεῖλαι τὸ φλεγμαῖνον τοῦ πάθους τῶν Βυζαντίων, ἔγγραφόν τι ποιεῖται τούτοις κατὰ τὸν ἐπισημότερον τόπον τοῦ φόρου ἐπαναγνωσθησόμενον, μεταφέρον τὰς αἰτίας ἐπὶ τὴν πεπονθυῖαν, ὡς αὐτῆς τῆς βουλῆς προκαταρξαμένης ἀνδρικώτερον· οὗτος τὸ προβούλευμα κατειργάσατο, σκῆψιν πάντας ἐπὶ κακῷ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς προμηθούμενος ψευδεπίπλαστον, ἵνα περιτρέψῃ τὰς τῶν πεπονθότων ψυχὰς καὶ ὃν ὑπώπτευε διαδράσειε κίνδυνον. ἔλαθε δὲ τὸν καπνὸν ὑπεκκλίνων εἰσβαλὼν εἰς τὸ πῦρ. τοῦ γὰρ πιττακίου ἀναπτυχθέντος πλεῖστος ὄχλος ἐπέρρευσεν εἰς τὴν
f. 169 v. ἀκρόασιν, καὶ οὐδὲ δευτέραν φωνὴν τοῦ ἀναγινώσκοντος προεμένου ἤρξατο τὸ πλῆθος δίκην ἀγριαινομένης θαλάσσης ἐξοιδοῦσθαί τε καὶ οἷον κυμαίνεσθαι, καί τις πρῶτος τῶν ἄλλων ὑβριστικὴν φωνὴν ἀφιεὶς καὶ λίθου βολὴν ἐπαφῆκε σὺν τῇ φωνῇ. αὐτίκα οὖν τὸ περικεχυμένον πλῆθος ἐκεῖσε, ὥσπερ ὑφ' ἡγεμόνι τῷδε τῷ δημοτικῷ στρατηγούμενον, τὴν ὁμοίαν γνώμην καὶ γλῶτταν ἐξέρρηξε· καὶ κατὰ τοῦ ἐπάρχου μετὰ βοῆς καὶ ἀλαλαγμῶν ἐξορμήσαντες οἱ πάροντες, ὡς εἶχον θυμοῦ καὶ ὀργῆς, καὶ τὰς τῶν ἐμπόρων καταστρέψαντες κραββατίνας ὅπλοις ἀγχεμάχοις τούτοις κατὰ τῶν τῆς βασιλικῆς μοίρας καὶ τῶν ἐπαρχικῶν κατεχρήσαντο. καὶ τούτους ἄρδην καταβαλόντες καὶ φυγεῖν αἰσχρῶς ἀναγκάσαντες οὐ διασκεδάσθησαν, οἷα τὰ τοῦ συμμιγοῦς πλήθους καὶ χηρεύοντα ἀρ-

22. καταβάλλοντες C.

recitandam, quae causas conferret in casum; senatu ipso antea incipiente, virilius hic consilium confecit, excusationem omnino malo capitis sui excogitans fictam, ut flecteret eorum, qui aliquid passi erant, animos et quod suspicabatur effugeret periculum. sed inscius cum fumum vitaret incidit in ignem: tabula enim evoluta plurima plebs confluxit ad eam audiendam: et cum nedum alteram quidem vocem legens pronuntiasset, incepit multitudo instar saevientis maris tumescere et quasi fluctuare. atque aliquis primus aliorum superbam quandam vocem emittens etiam lapidis iactum addidit voci; statim igitur circumfusa multitudo ibi tanquam a duce hoc populari directa eandem sententiam et linguam prorupit, et contra praefectum magno cum clamore et acclamationibus bellicis incedentes qui aderant, ita ut erant animi et irae, et mercatorum delentes deversoria armis his cominus adhibendis contra regios et praefectos abusi sunt: atque hos omnino deiicientes et ad fugiendum turpiter cogentes non dissipati sunt, velut mixta multitudo, duce orbata, sed quasi superne ducti nobilioribus consiliis ad maiora se collegerunt, et accessionem quaque hora ex iis, qui quasi confluebant, capiebant: summa autem pars consilii erat,

χηγοῦ, ἀλλ' ὥσπερ ἄνωθεν στρατηγούμενοι γενναιοτέροις βουλεύμασι πρὸς τὸ καρτερώτερον ἀνελάμβανον ἑαυτούς, καὶ προσθήκην ἑκάστης ὥρας ἐκ τῶν συρρεόντων ἐλάμβανον. τὸ δὲ κεφάλαιον τῆς βουλῆς, μὴ ἐνδοῦναι μηδὲ μαλακισθῆναί τι καὶ ἀναβεβλημένον παθεῖν, ἀλλὰ τὸν ἀχάριστον καὶ ἀγνώμονα περὶ τὴν εὐεργέτιν, καὶ ἀδικίαν κατὰ τῶν φρικωδεστάτων ὅρκων πεποιηκότα, τῆς ἀρχῆς καθελεῖν ὡς ἀλιτήριον καὶ ταύτης ἀνάξιον. βοὴ δὲ τούτοις οὐκ ἄσημος τὸ ποιητέον ἐπέτρεπε. καὶ οἱ μὲν τὰς φρουρὰς καθελόντες τοὺς φυλακίτας τῶν δεσμῶν ἠλευθέρουν καὶ κοινωνοὺς ἐποιοῦντο τῆς διεγέρσεως καὶ τῆς ἐπιτετραμμένης αὐτοῖς ἐνδιαθέτοις ὁρμαῖς ἐκδικήσεως, οἱ δὲ τὰ ἀνάκτορα κατελάμβανον καὶ πόλεμον πολιτικὸν ἀνερρίπιζον. ἄλλοι τὰς οἰκίας τῶν κατὰ γένος προσηκόντων τῷ βασιλεῖ καὶ μεγάλα δυναμένων τῷ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ περιστοιχίσαντες ἐξ ἐφόδου κατήρειπον, καὶ τὸν πλοῦτον πολλοῖς ἀδικήμασι καὶ στεναγμοῖς πενήτων ἀποτεθησαυρισμένον ἐξήντλουν. οὐδὲ ναοὶ καὶ σεμνεῖα παρ' αὐτῶν πολυτελῶς καὶ πλουσίως ἀνεγερθέντα φειδοῦς ἠξίωντο, ἐλαφυραγωγοῦντο δὲ καὶ αὐτὰ καὶ ὡς ἐναγῆ ἐβεβήλωντό τε καὶ διηρπάζοντο. ἕτεροι κατὰ τὸ τέμενος τῆς τοῦ θεοῦ λόγου ἁγίας σοφίας εἰσρεύσαντες τὸν πατριάρχην αὐτὸν τὴν ἱεραρχικὴν στολὴν ἀμπεχόμενον κατεβίβασαν, ἐκβιαζόμενοι τὴν κληρονόμον καὶ δέσποιναν μὴ περιιδεῖν τὰ ἔσχατα πάσχουσαν ἀδίκως παρὰ τοῦ ἐπεισάντου καὶ ἀντὶ τῆς μεγίστης εὐεργε-

non cedere neque flecti in ulla re et detentum postea pati, sed ingratum et durum contra eam, quae beneficia ei obtulerat, et qui iniuste contra terribilissima iuraiuranda fecisset, imperio deiicere ut peccantem eoque indignum; clamor autem his non obscurus faciendum advertit, atque alii carceres occupantes captos vinculis liberabant, et participes reddebant seditionis et animadversionis iis insitis incitamentis impositae: alii regiam occupabant et bellum civile resuscitabant, alii domus eorum, qui genere regi propinqui erant et multum valebant illo tempore circumsedentes primo impetu diruebant, et divitias multis iniuriis et suspiriis egenorum conditas exhauriebant; neque templis et fanis ab iis pretiose et opulente aedificatis parsum est. spoliabantur autem et ipsa et quasi impura contaminabantur diripiebanturque, alii fanum sapientiae sanctae dei rationis ingressi patriarcham ipsum stolam sacram induentem deduxerunt, urgentes eum, ne praeterrideret participem regni et dominam extrema patientem iniuste a peregrino, et pro maximo beneficio superbiam passam intolerabilem. habebant igitur iusti huius socium studii etiam sanctissimum hunc vi-

σίας ὕβριν παθοῦσαν ἀνήκεστον. ἔσχον οὖν τοῦ δικαίου τούτου συλλήπτορα ζήλου καὶ τὸν ἁγιώτατον τοῦτον ἄνδρα. Ἀλέξιος ἦν, ὁ πρὸ τοῦ τὴν μοναχικὴν πολιτείαν ἀκριβωσάμενος. καὶ ἀνάγουσι, γνώμῃ καὶ τινῶν τῶν ἐντέλει, τὴν ὁμαίμονα τῆς παθούσης δεσποίνης (Θεοδώρα ταύτῃ τὸ ὄνομα) ἐξ ἑνὸς τῶν Πετρίων, ἐν ᾧ χρόνοις πολλοῖς ἰδιωτικῶς μονονουχὶ ἐβιότευσε. πείθουσι γὰρ αὐτὴν γυναικείας αἰδοῦς καὶ ἀσθενείας ἐπιλαθέσθαι, καὶ τούτοις ἀκολουθῆσαι παρασκευῆς οὕτω καὶ γνώμης ἔχουσι, πάντα ῥᾳδίως οἴσειν καὶ ταύτης προκινδυνεῦσαι καὶ τῆς αὐταδέλφης αὐτῆς, καὶ φόβου παντὸς ἀπαλλάξαι καὶ κινδύνου τοῦ πολεμήτορος. ἐποχηθεῖσα τοίνυν ἐφ' ἵππον πρόεισι, δορυφορουμένη λαμπρῶς μυριάνδροις ὅπλοις, καὶ φυλακαῖς ἀκαθαιρέτοις περιειλημμένη καὶ προκατειλημμένη τὰς διεξόδους, ὁμοίως διὰ μέσης τῆς πόλεως, παρὰ πάντων εὐφημουμένη, καὶ προτρεπομένη μὴ ἐνδοῦναι πρὸς τὸ ἀγώνισμα καὶ τὴν τοῦ ἀναιρέτου καθαίρεσιν. διασωθεῖσα οὖν πρὸς τὸν περιβόητον καὶ θεῖον ναὸν ἑσπέρας οὔσης βαθείας ἄνεισιν εἰς τὰς τοῦ πατριάρχου διαγωγάς, καὶ τῷ πλήθει τὰς ὄψεις αὐτῆς εἰς τὸν ναὸν ἐπαφίησι· καὶ παρ' ἐκείνων ἔτι παρεγγυηθεῖσα θαρρεῖν οὕτω διανυκτερεύει, συγκαλεσαμένη
f. 170 r. πάντας τοὺς ἐν τέλει ταχέως, καὶ παντὸς ψιλώσασα τὸν ἀντικείμενον βασιλέα δυνάμεως, ἀρχάς τε εὐθὺς λαμπρὰς καὶ ἀγορανομικὰς ἀποδείξασα, καὶ τὸ κράτος τῆς βασιλείας δεξιῶς περιεζωσμένη.

12. ὄχλοις? 18. post πλήθει deest nescio quid.

rum. (Alexius erat, qui antea monachicam administrationem correxerat). et referunt in memoriam etiam quorundam imperio praeditorum cognatam vexatae dominae (Theodora huic erat nomen) ex uno Petriorum, in quo multos annos solitaria paene vixerat: persuadent enim ei, ut muliebris pudicitiae et infirmitatis obliviscatur et hos sequatur qui praeparatione ita et consilio instructi sint, ut omnia facile reportaturi sint et pro hac eiusque sorore pugnaturi, eamque ab omni metu liberaturi sint et periculo belli. vecta igitur equo progreditur stipata splendide innumerabilibus armis et praesidiis invictis oppugnans et occupans exitus pariter per mediam urbem, ab omnibus celebrata et admonita, ne cederet in certamine et parricidae nece. perveniens igitur ad clarum et divinum templum cum vesper esset profundus, ascendit in patriarchae cellas et in multitudinem oculos suos in templum defigit, et ab illis magis admonita, ut tranquillo esset animo, ita noctem ibi degit: postquam convocavit omnes, qui cum imperio erant, celeriter et omni nudavit oppositum regem potentia, potestates statim splendidas et aedilitias constituit et potentiam regni apte sibi conciliavit.

Ὀρθριώτερον δὲ προσβαλόντων τοῖς ἀνακτόροις στρατιωτικῶν ἀνδρῶν καὶ γενναίων μετὰ ῥοίζου πολλοῦ καὶ βοῆς καὶ ἠχῆς σαλπίγγων τε καὶ βυκίνων, ὥσπερ τυφῶνι βληθεὶς ὁ βασιλεὺς τῷ ἐξαισίῳ τῆς ταραχῆς, τῶν ἀνακτόρων ἐκδὺς φυγὰς ᾤχετο διαπόντιος εἰς τὴν τοῦ Στουδίου μονήν, καὶ περιεχόμενος τῶν ἀδύτων ἀπαθὴς ἐφιλονείκει συντηρηθῆναι καὶ μὴ δίκας δοῦναι τοῦ ἀνοσιουργήματος. ἀλλ' ἡ δίκη τὴν καταδίκην αὐτῷ οὐκ εἰς μακρὰν ἀνεβάλετο. ἅπαντες γὰρ βρύχοντες κατ' αὐτοῦ εἰσήλασαν εἰς τὸ ἱερόν, καὶ βίᾳ τοῦτον ἐκτὸς ἑλκύσαντες ἡμιόνῳ τῶν εὐτελεστέρων καὶ ταπεινῶν φόρτον τοῦτον τιθέασι καταγέλαστον. καὶ ἄχρι τοῦ Σίγματος φθάσαντος δόγμα κατεφοίτησε τῆς Αὐγούστης, τὴν πήρωσιν τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ καὶ τοῦ πατραδέλφου αὐτοῦ τοῦ νωβελλισίμου αὐτίκα ἐγκελευόμενον· συνῆν γὰρ καὶ οὗτος αὐτῷ, σύμβουλος ἅμα καὶ συλλήπτωρ καὶ τῆς οἰκτρᾶς ταύτης τύχης κοινωνὸς καθιστάμενος. κατενεχθέντες οὖν τῶν ἡμιόνων ἀτίμως, πάντων ὁρώντων, τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν ἐκεντήθησαν. καὶ συναποβάλλουσι τὰς ὄψεις τῇ βασιλείᾳ, καὶ μοναχικῇ παραδίδονται βιοτῇ, διήγημα γενόμενοι σκυθρωπὸν τοῖς μετέπειτα, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπανόρθωσις τῶν ἀγνωμονεῖν ἐθελόντων πρὸς τοὺς εὐεργετήσαντας. ἐβασίλευσε δὲ ὁ Μιχαὴλ οὗτος μῆνας μόνους πέντε.

Τῆς δὲ δεσποίνης ἐκ τῆς ὑπερορίας ἐπανελθούσης καὶ τὴν βασιλείαν αὖθις ἀναλαβούσης, συνέρχεται ταύτῃ καὶ ἡ

15. τύχης om. C, supplevit etiam interpres. 18. τῆς βασιλείας C.

Cum autem mane aggrederentur regiam militares homines et fortes multo cum tumultu et clamore et sonitu tubarum buccinarumque, quasi turbine ictus rex immensa turbatione, regia egressus fugitivus se corripuit trans mare ad Studii domicilium et amplectens templum incolumis studebat servari neque poenas solvere nefarii facti; sed iustitia poenam ei non diu distulit; omnes enim frementes contra eum invaserunt templum, et vi hunc extra trahentes mulo ex vilioribus et humilium onus hunc imponunt ridiculum atque donec Sigma antea inustum esset, decretum praecepit Augustae ademtionem oculorum eius et avunculi eius nobilissimi statim imperatum; aderat enim et hic ei conscius simul et socius, et huius miserae fortunae particeps existens; delati igitur a mulis turpiter omnibus spectantibus pupillas oculorum expuncti sunt, et simul perdunt lumina cum regno, et monachicae traduntur vitae, fabula facti tristis posteris, et causa fastigii eorum, qui ingrati esse volebant erga bene de se meritos. regnavit autem Michael hic menses solos quinque.

Cum autem domina ex peregrina terra rediret et regnum rur-

ὁμαίμων ἐκτὸς ναοῦ, καὶ γίνεται συμφυΐα καὶ ἀλληλουχία ὥσπερ τοῦ αἵματος οὕτω δὴ καὶ τῆς κατὰ τὴν βασιλείαν κοινωνικῆς διαθέσεως, καὶ αὐτοκράτορες ἄμφω θαυμασίως ἀναγορεύονται. καὶ χρόνον τινὰ δι' ἑαυτῶν ἰθύνασαι τὴν ἀρχήν, a. 1042, 12. Iun. τῆς ὑπερορίας ἀνακαλοῦνται Κωνσταντῖνον τὸν Μονομάχον, ἀριστοκρατικὸν ἄνδρα καὶ θρέμμα τῆς πόλεως, ὕποπτον δὲ ὄντα διὰ τὴν ἀρχήν, καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τῶν πρώην κρατούντων φυγαδευόμενον. καὶ παραχωρεῖ πάλιν τῆς συζυγίας ἡ Θεοδώρα τῇ αὐταδέλφῃ Ζωῇ, καὶ τὸν ἄζυγα βίον αἱρεῖται, ὃν ἐκ παίδων καὶ μέχρι γήρως τῆς ἐσχάτης ἡμέρας ἐξήσκησεν.

Εὐεργετικώτερος δὲ τοῦ προβεβασιλευκότος ὁ Μονομάχος ἀποδειχθείς, καὶ πάντας σχεδὸν βασιλικοῖς ἀξιώμασι καὶ δωρήμασι φιλοτίμοις ἀποσεμνύνας, ἠγάθυνε τὸ ὑπήκοον· ἐξαίφνης δὲ νέφος ἐκ τῆς ἑσπέρας ἐγείρεται τετριγὸς καὶ ὀλέθριον καὶ πανωλεθρίαν αὐτῷ καὶ τῆς βασιλείας ἀπέλασιν ἀπειλοῦν, ἀνὴρ αἱμοχαρὴς καὶ γενναῖος, ὁ προμνημονευθεὶς Γεώργιος, ᾧ Μανιάκης ἐπώνυμον, ἐκ τῆς Ἰταλικῆς ἀρχῆς ἐπαναστὰς μετὰ τῶν ἐκεῖσε συνόντων στρατιωτῶν Ῥωμαίων καὶ Ἀλβανῶν, διὰ παρόρασιν τοῦ βασιλέως ἀνιαθεὶς καὶ προηγησαμένας ἔχθρας μετ' αὐτοῦ δεδιώς. καὶ τὰ μὲν λοιπὰ τῶν συναντησάντων στρατεύματα συνετάραξε καὶ κατέβαλε, πρὸ δύο δὲ τῆς Θεσσαλονίκης ἡμερῶν στρατοπεδευσάμενος περὶ δείλην ὀψίαν προσβάλλει τῷ μεγίστῳ βασιλικῷ στρατο-

11. εὐεργετικώτατος C.

sus reciperet, eodem convenit etiam soror extra templum: et oritur coniunctio et concretio sicut sanguinis ita etiam consociatae in imperio rationis: et dominae ambae mire declarantur, et per tempus aliquod per se regentes imperium ex exsilio revocant Constantinum Monomachum, virum ex optimatum genere et indigenam urbis, suspectum autem imperii capessendi et propterea ab iis qui antea regnabant, expulsum. atque cedit rursus ex coniunctione Theodora sorori Zoae et solitariam vitam eligit, quam a primis annis et usque ad senectutem diei supremi exercuit.

Beneficentissime autem prae superiore rege Monomachus se gerens et omnes fere regiis dignitatibus et donis liberalibus ornans beavit subiectos. protinus autem nubes ex occidente excitatur stridens et exitiosa et miserrimam ei atque regni expulsionem minitans. vir sanguine gaudens et nobilis, antea commemoratus Georgius cui Maniakes cognomen ex Italico regno exorsus, cum iis qui ibi ei aderant militibus Romanis et Albanis negligentia regis offensus et priores inimicitias eius metuens, et reliquos occurrentium exercitus turbavit et devicit; ante Thessalonicam autem duos dies cum castra posuisset, circa ve-

πέδῳ· καὶ γὰρ ἦν ἐξεστρατευμένος ὁ παρὰ βασιλέως ἀποσταλεὶς μετὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων εἰς ἀντιπαράταξιν. καὶ πολλὰ δράσας τοῖς βασιλικοῖς στρατιώταις, καὶ καταπλήξας τῇ ἀνυποίστῳ τούτου φορᾷ καὶ τοῖς οἰκειοχείροις πληγαῖς (καὶ γὰρ οὗτος τοῦ πλήθους προεπολέμει τε καὶ προεκινδύνευε, καὶ οὐκ ἦν ὃς τῷ φασγάνῳ τούτου τραυματισθεὶς οὐ τῷ ἡμίσει καὶ πλείονι περιερρήγνυτο σώματι· τοιοῦτος ἀκαταγώνιστος καὶ σταθηρὸς ἐγινώσκετο, μέγας ὁμοῦ καὶ εὐρύνωτος καὶ τὴν ὄψιν φοβερὸς καθιστάμενος, κἂν ταῖς βουλαῖς διαφέρων), καὶ κατορθῶσαι τὴν νίκην ἤδη τότε καταλειφθείς, f. 170 v. καὶ παρὰ τῶν πλείστων ἐναντίων ἐπευφημούμενος, ἐπὶ τέλει τῶν ἀγώνων τοῦ ἵππου αὐτομάτως κατέρρευσεν, οἷα τὰ τοῦ θεοῦ κρίματα, καὶ ἀθιγὴς ἔκειτο, σκαιωρίαν εἶναι τὸ πρᾶγμα τῶν ἀντιθέτων οἰομένων καὶ σόφισμα. ὡς δὲ παρεγυμνοῦτο τὸ ἀληθές, ἐκδραμόντες πολλοὶ κείμενον αὐτὸν ἐπ' ἐδάφους κατέλαβον, αἵματι διάβροχον καὶ καιρίαν ἔχοντα κατὰ τῆς πλευρᾶς. τῇ πτώσει τοίνυν αὐτοῦ τῶν ἀμφ' αὐτὸν διασκεδασθέντων, καὶ παλιντρόπου γενομένης τῆς νίκης, ἐπανῆλθον οἱ τοῦ βασιλέως χαρᾷ καὶ φόβῳ διηγηματικῶς συνεχόμενοι· τῷ προτερήματι γὰρ μὴ ἐπαιρόμενοι τὸ πᾶν τῇ θείᾳ δεξιᾷ ἐπεγράφοντο.

Θριαμβεύσας δὲ ὁ τὴν ἡγεμονίαν ἐσχηκὼς τοῦ πολέμου

9. εὐρόνωτος C. 10. ὑποληφθεὶς? 18. διασκεδασθέντα C. correxit Brunetus.

spertinum tempus aggreditur maxima regia castra; etenim erat egressus regius legatus cum Romanorum viribus ad oppositionem et multum facessens regiis militibus et terrens intolerabili vi et propriis ictibus, etenim hic pro multitudine pugnabat et pericula sustinebat neque quisquam erat, qui gladio huius vulneratus non medio et plus frangeretur corpore, talis indomitus et immotus habebatur, magnus simul et latorum humerorum, et in conspectu terribilis existens, et voluntate differens, et ad reportandam victoriam iam tum relictus, et a plurimis hostibus laudatus: in fine certaminum ex equo ipse per se decidit, qualia sunt dei iudicia, et immotus iacebat, cum dolum esse rem adversarii putarent et artificium. cum autem detegeretur verum, accurrentes multi iacentem eum humi invenerunt sanguine madidum et vulnus letiferum habentem in latere: casu igitur eius cum qui a parte eius stabant dissiparentur, et retorqueretur victoria, redierunt regii gaudio et metu in narratione capti: victoria enim non elati rem universam divinae dextrae attribuebant.

Triumphans autem qui imperium habuerat belli sebastophorus Stephanus per forum primos honores apud regem multo cum splendore

σεβαστοφόρος Στέφανος διὰ τῆς ἀγορᾶς, τὰ πρῶτα παρὰ τῷ βασιλεῖ μετὰ πολλῆς τῆς λαμπρότητος ἔσχηκε, καὶ ζηλωτὸς πᾶσι καὶ περισπούδαστος ἐγνωρίζετο. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς δεσποτικῆς εὐδαιμονίας ἀβέβαια, διαβληθεὶς καὶ οὗτος ὡς εἴη μελετῶν ἐπιβουλήν, ὑπερορίαν αὐτίκα καὶ δήμευσιν καὶ ἀπόκαρσιν κατεκρίθη· καὶ ὁ τῶν οἰκειοτάτων αὐτῷ εἷς, ᾧ καὶ τὸ κράτος μέλλειν περιθεῖναι κατηγορεῖτο, τῶν ὀφθαλμῶν μετ' ὀλίγον ἐστέρηται.

enim ibi pontifices Chalcedoniae, et Heracleae et Coloneae, qui foedus cum eo perfecerant: admonuit eos et iurisiurandi et ultionis divinae. illi autem quamvis auxilium ei praebere volentes tamen infirmi erant, cum homines crudeles et feri eum raperent et quasi animal agerent ad sacrificium: et castello includentes hunc frequenter ad omnes respicientem et pontificum postea orationem liberam experiri perpetuo precantem conclavi immittunt: atque Iudaeo cuidam imperito talium rerum oculorum eius confectionem imponunt, vincientes eum ex quatuor partibus et pectori atque abdomini multos scuto imprimentes, ferunt Iudaeum, cum misere nimis et crudeliter ferro oculos eius effoderent ululantis ex intimo pectore et tauri instar mugientis neque quenquam misericordem habentis: neque tamen semel hoc passus liberatus est ultione, sed ter ferrum huius oculis immersit iste assecla coniunctionis deum cruciantis, donec vel fidem iureiurando iacens dedit, totum nexum effusum esse et effluxisse oculorum. experrectus igitur sanguine madidos habens oculos, et spectaculum lamentabile et miserum quodque planctum afferret videntibus intolera-

τοῖς ὅλοις ἀπαγορεύων καὶ τῆς βασιλικῆς ἐκείνης λαμπρότητος καὶ τῆς μέχρις οὐρανοῦ φθανούσης δόξης, μᾶλλον δὲ τῆς ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων ἀνδραγαθίας τοιαῦτα κομισάμενος τὰ ἐπίχειρα. προαχθεὶς οὖν ἐν εὐτελεῖ τῷ ὑποζυγίῳ μέχρι τῆς Προποντίδος αὐτῆς, ὥσπερ πτῶμα σεσηπὸς εἵλκετο, τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς κατορωρυγμένους ἔχων, τὴν δὲ κεφαλὴν σὺν τοῖς προσώποις ἐξῳδηκυῖαν, καὶ σκώληκας ἐκεῖθεν δεικνὺς ἀποπίπτοντας. ἡμέρας δ' ὀλίγας διαλιπὼν ἐπωδύνως τὸν 1071 Oct. βίον, καὶ πρὸ τῆς τελευτῆς ὀδωδώς, ἀπολείπει, τῇ νήσῳ τῇ Πρώτῃ τὸν χοῦν ἀποθέμενος κατὰ τὴν ταύτης ἀκρώρειαν, ἔνθα νέον ἐκεῖνος ἐδείματο φροντιστήριον, κηδευθεὶς μὲν πολυτελῶς παρὰ τῆς πρὶν βασιλίδος καὶ ὁμευνέτιδος Εὐδοκίας, τῆς τοῦ κρατοῦντος μητρὸς (ἐκείνη γὰρ αἰτησαμένη τὸν υἱὸν τὴν νῆσον ταύτην καταλαβεῖν τούτῳ τὰ τῆς ὁσίας φιλοφρόνως ἐτέλεσε), μνήμην δὲ καταλιπὼν τοῖς μετέπειτα τῶν τοῦ Ἰὼβ ἐκείνου δυστυχημάτων ὑπερβαίνουσαν τὴν ἀκρόασιν. τοῦτο δὲ θαυμασιώτατον ἅμα καὶ γενναιότατον τοῖς f. 204 v. πᾶσι διήγημα καταλέλοιπεν, ὅτι ἐπὶ τοῖς τηλικούτοις πειρασμοῖς καὶ ἀπαραμίλλοις κακοῖς οὐδὲν βλάσφημον ἢ μικρόψυχον ἀπεφθέγξατο, ἀλλ' εὐχαριστῶν διετέλει καὶ χρόνων προσθήκην ἐπιζητῶν ἐν κακοῖς, ἵνα εὐαρεστήσῃ, φησίν, τῷ ποιήσαντι, τὸν τῆς ἀσκήσεως δρόμον διανύων ἐπιπονώτερον.

Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν τοσούτοις ἀνιαρῶς τὸ ζῆν καταστρέψας,

14. ὁσσίας C.

bilem, semimortuus iacebat: antea iam confectus vel morbo, tum vero omnibus se abdicans postquam et regii illius splendoris et ad coelum usque erectae gloriae, atque adeo meritorum de Graecis suorum talia accepit praemia. Vectus igitur simplici iumento usque ad Propontidem, quasi cadaver putrescens trahebatur, oculos defossos habens, caput autem cum ore tumefactum, et vermes inde exhibens decidentes: paucis autem diebus intermissis misere vitam atque ante mortem olens relinquit, insulae Protae (primae) sepulcrum tradens in eius iugo, ubi nuper ille monasterium exaedificaverat; curatus magnifice a priore regina et uxore Eudocia imperatoris matre: (illa enim a filio petens, ut insulam hanc occuparet, huic res religiosas benevole perfecit:) atque memoriam relinquens posteris, quae gloriam malorum Iobi illius excederet. hoc autem mirabilissimum simul et nobilissimum omnibus argumentum reliquit, quod in tantis periclitationibus et singularibus malis nihil impii aut tenue pronuntiavit, sed gratiam referre perseverabat et temporis accessionem quaerere in malis ut placeret, ait, ei qui proposuisset tentationis cursum, si perficeret eum laboriose.

Sed hic quidem postquam in tantis misere vitam finivit, multum

πολλὴν τοῖς πειραζομένοις παρηγορίαν ἐνέσταξεν (ὅσῳ γὰρ ἄν τις καὶ πειρασθείη, οὐκ ἂν τοῖς τούτου κακοῖς παρισωθείη ποτέ)· ὁ δὲ τὴν βασιλείαν διαδεξάμενος, ὁ τούτου προγονὸς Μιχαήλ, τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν περιεζωσμένος ἐπιεικής τις ἐδόκει, καὶ γέρων ἐν νέοις διὰ τὸ παρειμένον καὶ ἁπαλὸν ἐλογίζετο. προσελάβετο γὰρ τῶν κοινῶν πραγμάτων διοικητὴν ἄνδρα λόγῳ καὶ πράξει τῶν πολλῶν διαφέροντα, καὶ γνώμης περιχαροῦς καὶ ἀρετῆς ἱκανῶς ἀντεχόμενον, καὶ πᾶσιν ἱλαρῶς προσφερόμενον, ἀρχιερέα μὲν τῆς ἐν Σίδῃ καθολικῆς ἐκκλησίας ὑπάρχοντα, τὴν πρώτην προεδρίαν τῶν πρωτοσυγκέλλων ἐπέχοντα, Ἰωάννην τοὔνομα, εὐνοῦχον δὲ τὴν κατάστασιν, ὑπὲρ εὐνοῦχον δὲ τὴν ἀγαθότητα καὶ τὴν πολιτείαν καὶ τὸ μειλίχιον καὶ σωστικὸν καὶ τὸ εὐπρόσιτον ἐνδεικνύμενον· ὅθεν καὶ τῇ τοῦ βασιλεύοντος ἁπλότητι καὶ ἀφελείᾳ τὰς οἰκείας προσθεὶς ἀρετὰς εὐχάριστον τοῦτον ἐποίει καὶ τοῖς ὑποτεταγμένοις εὐάρεστον, ὅσον γε ἧκει κατὰ τοὺς τότε καιρούς. ἀλλ' ἔμελλε πάντως τῷ εὐγενεῖ τοῦ σίτου παραμιγῆναί τι καὶ ζιζάνιον, ἢ τῇ τῆς νυκτὸς ἐπιφοιτήσει τὴν ἡμέραν ἀναγκαίως ὑποχωρῆσαι. ἦν γάρ τις εὐνοῦχος ὀνόματι Νικηφόρος, ἐκ Βουκελλαρίων ἕλκων τὸ γένος, δεινὸς ἐπινοῆσαι καὶ ῥάψαι πράγματα καὶ πολλὴν τῇ καταστάσει τὴν τρικυμίαν ἐπενεγκεῖν, ὃς εἰς τάξιν τῶν σεκρετικῶν ὑποθέσεων τῷ πατρὶ τοῦ Μιχαὴλ ὑπηρετησάμενος Κωνσταντίνῳ τῷ

iis qui tentantur solatium infudit: quantumvis enim quis tentetur, non tamen huius mala aequet unquam. qui autem regnum suscepit, huius avus Michael, Graecorum imperio cinctus, idoneus videbatur et senex inter iuvenes propter mores remissos et molles habebatur. adhibuit enim rerum communium administratorem, virum verbo et re multitudini excellentem, et iudicii grati et virtutis satis participem, et omnibus comiter utentem, pontificem maximum communi Sid . . . ecclesiae praepositum, principatum Protosyncellorum (i. e. Concellaneorum) obtinentem, Ioannem nomine dictum, eunuchum habitu, qui tamen praeterea bonum et rerum civilium peritum et suavem et servatorem et communem se praebebat, quare etiam regis simplicitati et communitati suae addens virtutes, gratum hunc reddebat et subiectis iucundum, quantum quidem tum temporis decebat. sed futurum erat, ut omnino nobili frumento admisceretur etiam herba prava, vel ut noctis adventui dies necessario cederet. erat enim eunuchus quidam, nomine dictus Nicephorus, a Bucellariis ducens genus, qui valebat cognoscere et instruere res, et multam firmis turbationem inferre: qui quidem in ordine consilii secreti patri Michaelis serviens Constantino

*Δούκᾳ, ἐπεὶ καὶ σκαιὸς ἐφάνη καὶ διαβολεὺς καὶ σοφιστὴς τῶν κακῶν ὡς καὶ κατὰ τῆς Αὐγούστης μοιχείας ἔγκλημα τῷ βασιλεῖ ὑποψιθυρίσαι φθόνῳ τοῦ συνεξυπηρετουμένου καὶ συνδιενεργοῦντος αὐτῷ Μιχαὴλ τοῦ Νικομήδου, τῆς μὲν βασιλικῆς παραστάσεως ἀπεπέμφθη, δοὺξ δὲ τῆς κατὰ κοίλην Συρίαν Ἀντιοχείας ἀποδειχθεὶς οὐδὲ τοῖς ἐκεῖσε μέρεσιν ἀπράγμονα καὶ ἀστασίαστον τὴν διαγωγὴν καταλέλοιπε, προφάσεις πολέμων ἐκ κατασκευῆς φρουρίων ἐπισυνείρων, καὶ διανιστῶν τοὺς Σαρακηνοὺς ἀντιπολίσματα συνιστᾶν εἰς τὴν τῆς ἄκρας ἐπίθεσιν. καὶ πολεμεῖν μὲν τούτοις ἢ καταπολεμεῖν μὴ δυνάμενος, ἀντιπολεμεῖν τοῖς Ῥωμαίοις καὶ ἀνθιστᾶν προσοίκους πόλεις τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ὁρίοις ἠρέθιζεν· οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐγχωρίοις Ἀντιοχεῦσιν ἀνενόχλητον καὶ ἄλυπον τὴν διαγωγὴν συνετήρησε, ποτὲ μὲν τὰς κτήσεις αὐτῶν ἀφαιρούμενος, ποτὲ δὲ καταβαρύνων αὐτὰς ἀπαιτήσεσι παραλόγοις καὶ ἀπηνέσιν ἐπιφοραῖς. ὃς τῆς ἀρχῆς ταύτης παραλυθείς, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν, οἷα τὰ τοῦ κρατοῦντος τότε περιπετῆ καὶ ἀκυβέρνητα ἐφευρήματα, πεμφθεὶς εἰς δευτέ- f. 205 r. ραν ἡγεμονίαν, οὐκ ἐλάττω τῶν προτέρων τὴν μοχθηρίαν εἰσήνεγκε. τοῦ δὲ βασιλεύοντος τεθνηκότος, καὶ τῆς Αὐγούστης τὴν αὐτοκράτορα περιελομένης ἀρχήν, ἔσχε τις ἐναντία τύχη τὸν πονηρότατον τοῦτον καὶ ἀδικώτατον. βασιλικὸν γὰρ δόγμα καταλαβὸν αὐτὸν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν τῇ τοῦ αἵματος φρουρᾷ παραδέδωκε, καὶ ἦν ἔμφρουρος ἐπὶ χρόνον τινὰ κατ'*

4. *Νικομηδέως?* 8. *πολεμίων* C.

Ducae, cum tortuosus appareret et calumniator et machinator malorum, ita ut etiam de Augustae adulterio convicium regi insusurraret invidia commotus Michaelis Nicomedi, qui cum eo serviebat et agebat, a regia quidem aula dimissus est, dux autem Antiochiae Coelesyriensis declaratus, ne his quidem partibus intentatam et inturbatam administrationem reliquit: simulationes infestorum apparatu praesidiorum conserens et excitans Saracenos, ut oppida adversa struerent ad arcis impetum, et cum bellare contra hos vel debellare non posset, ad bellandum contra Graecos et resistendum urbes Graecorum finibus vicinas excitabat. sed ne indigenas quidem Antiochenses quiete et sine molestiis agere sivit, modo bonis spoliatos, modo erogationibus temerariis gravatos tributisque crudelibus. qui hoc munere exutus mox iterum, ut erant eius qui tum regnabat praecipitia et turbida consilia, in secundam missus praefecturam non minorem attulit pravitatem. rege mortuo et Augusta regnum adepta, varia fuit pessimi et iniustissimi hominis fortuna. rescriptum enim imperatorium Antiochiae eum deprehensum in vincula tanquam percussorem coniecit, et iacuit

ἐκεῖνον τὸν χῶρον ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν περίδοξος ἐγνωρίζετο, τῆς προτέρας εὐετηρίας τοιαύτην δυσκληρίαν ἀνταλλαξάμενος. ἀναρρυσθεὶς δὲ τῇ τοῦ Διογένους ἀναγορεύσει καὶ εἰς νῆσον ἐξορισθείς, ὑποσχέσεσι δὲ χρημάτων δικαστὴς Πελοποννήσου καὶ Ἑλλάδος ἀποπεμφθείς, τὰ κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἐκείνην διοικούμενος ἦν. τοῦτον ἐπὶ κακῷ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς μεταπεμψάμενος ὁ τὴν βασιλείαν ἐσχηκὼς Μιχαήλ, καὶ μετὰ μικρὸν εἰς τὴν τῶν κοινῶν πραγμάτων διοίκησιν προστησάμενος, καὶ λογοθέτην ἀποδείξας τοῦ δρόμου, ταῖς ἐκείνου μαγγανείαις καὶ περινρίαις ἁλώσιμος γέγονεν, οἷα φρονήματος ἀμοιρῶν σταθηροῦ καὶ μειρακιωδῶν ἀθυρμάτων μὴ ἀποδέων. προσωπεῖον γὰρ εὐνοίας ὁ Νικηφόρος ἐπιδειξάμενος ἔξωθεῖ μὲν τὸν ἐπιεικέστατον ἄνδρα καὶ λογιώτατον μητροπολίτην τῆς Σίδης τοῦ τὰ κοινὰ διοικεῖν, προφάσεις διὰ παρενθέτων προσώπων κατ' αὐτοῦ ἐσκαιωρηκώς, παραγκωνίζεται δὲ καὶ τὸν τοῦ βασιλεύοντος θεῖον τὸν Καίσαρα, καὶ τῷ βασιλεῖ περιφρονούμενον ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ὕποπτον ἀπεργάζεται. καὶ ἁπλῶς πάντας τοὺς οἰκειοτάτους πολεμιωτάτους εἶναι συκοφαντήσας καὶ τῆς τοῦ βασιλέως ἀποστερήσας ἐγγύτητος, ὅλον εἰς ἑαυτὸν ὑποποιεῖται τὸν μειρακίσκον ἄνακτα. καὶ τοῦτο ἦν βασιλικὸν ἐπίταγμα καὶ συντήρημα, ὅπερ τῷ κακίστῳ τούτῳ Νικηφόρῳ συνέδοξεν. ἐντεῦθεν κατηγορίαι καὶ ἀπαιτήσεις ἀθώων ἀνδρῶν καὶ ἀποτίσεις ἀχρεωστήτων, καὶ κρίσεις τῷ δημοσίῳ τὸ πλέον ἢ τῷ δικαίῳ προσνέμουσαι, ἀφ' ὧν δημεύσεις κα-

1. τῆς] καὶ τῆς C.

aliquantisper in carcere, eo loco ubi antea clarus habebatur, antiqua felicitate in tale infortunium conversa. emissus autem cum Diogenes proclamaretur, et in insulam relegatus, pecuniis vero promissis iudex Peloponnesi et Graeciae constitutus illam provinciam administrabat. hunc postquam cum damno imperii Romani arcessit Michael ad regnum evectus, paulo post universa negotiorum cura ei commissa logothetae cursus creato, eius se machinationibus et astutiis captivum tradidit, quippe qui solidae mentis expers delectaretur puerilibus. simulata enim benevolentia Nicephorus virum modestissimum et sapientissimum, Sidae archiepiscopum, a muneribus publicis depellit, insidiatus ei per homines immissos. excludit autem etiam avunculum imperatoris, et imperatori contemptum vel potius suspectum reddit. et omnino coniunctissimum quemque ei infensissimum esse calumniatus ab aditu regis prohibuit, ipsum autem adolescentulum totum sibi subiecit; et id edicebat et servabat rex quod pessimo huic erat visum. inde accusabantur et postulabantur insontes, et pendebant quae non debebant; inde iudicia fisco plus quam iustitiae tribuebant; inde publicabantur bona

θολικαί τε καὶ μερικαί, κατηγορίαι συχναί, φισκοσυνηγορίαι πολλαί, καὶ θρῆνος τῶν πασχόντων καὶ σκυθρωπότης οὔτι μικρά.

Ἀλλὰ τούτων οὕτω γινομένων καὶ κακῶς διαγινομένων θεήλατός τις ὀργὴ τὴν ἑῴαν κατέλαβεν· οἱ γὰρ ἐκ Περσίδος ἐπιφανέντες Τοῦρκοι τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐπιστρατεύσαντες θέμασι, δεινῶς κατελυμαίνοντο καὶ κατῄκιζον ταῦτα ταῖς συνεχέσιν ἐπιδρομαῖς. σκεψάμενος δ' ὁ βασιλεὺς στρατιὰν ἐλάσαι κατ' αὐτῶν ἀξιόλογον, συναγείρει μὲν στρατόπεδον, νεώτερον δὲ τούτοις ἡγεμόνα προβάλλεται. συνίστησι δ' αὐτῷ καί τινα Λατῖνον Ῥουσέλιον ἐπονομαζόμενον, Φράγγους αὐτῷ παραδοὺς τῶν τετρακοσίων οὐχ ἧττονας. ἐν δὲ τῷ Ἰκονίῳ γενομένου τοῦ στρατοπέδου, καὶ φιλονεικίας συνενεχθείσης τινός, ἀποστατεῖ τηνικαῦτα προφανῶς ὁ Ῥουσέλιος, καὶ τοὺς Φράγγους παραλαβὼν ἑτέραν ἐτράπετο, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν τῷ ἰδίῳ ἐπιτρέπει βουλήματι. ἀνελθὼν οὖν εἰς Μελιτηνὴν καὶ Τούρκοις τισὶ συντυχὼν ἀριστεύει κατ' αὐτῶν, ἐξ ἐφόδου τούτοις ἐπεισπεσών. τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον τῇ Καισαρέων μητροπόλει παραβαλὸν ἐν ταύτῃ
τὸν χάρακα τίθησι. σκεψάμενος δὲ ὁ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ πο- f. 205 v.
λέμου ἐπέχων (Ἰσαάκιος ὁ Κομνηνὸς οὗτος ἦν) ἐξ ἐφόδου τοῖς ἐναντίοις Τούρκοις συμμῖξαι, προῄει μὲν τῆς νυκτὸς μετὰ μοίρας τινὸς τοῦ στρατοῦ, ἀποτυχὼν δὲ τῆς ἐπιβουλῆς τὸ ἐναν-

vel universa vel ex parte, rei frequentes, fisco addicta multa, luctus spoliatorum et tristitia non mediocris.

Sed haec cum ita fierent et male perficerentur, divina quaedam ira orientem cepit. Turcae enim ex Perside apparentes postquam provincias Graecas aggressi sunt, valde inquinabant vexabantque eas continuis incursionibus. rex autem cum statuisset manum ducere contra eos memoratu dignam, cogit exercitum et iuniorem his ducem praeficit: eique adiungit etiam Latinum quendam, Ruselium dictum, Francos ei tradens quadringentis non minus. cum autem Iconii versaretur exercitus et dissidium aliquod exortum esset, deficit tum palam Ruselius et Francos recipiens alio se vertit et res suas ex sua ipsius administrat voluntate. ascendens igitur Melitenen et Turcis nonnullis congressus superior iis evadit, cum iis primo impetu obvenisset. reliquus autem omnis exercitus Graecorum urbem Caesarum ingressus in ea vallum iacit: cum autem statuisset qui imperium belli obtinebat (Isaac Comnenus hic erat) primo impetu Turcis adversariis congredi, proficiscebatur noctu cum parte quadam exercitus: aberrans autem a consilio contrarium patitur voluntati suae: et adversariis paratis ob-

τίον πάσχει τῆς ἰδίας βουλῆς, καὶ τοῖς ἐναντίοις παρεσκευασμένοις περιπεσὼν ἀπαράσκευος συρρήγνυσι μὲν ἀκούσιον πόλεμον, ἡττᾶται δὲ περιγενομένων αὐτοῦ τῶν ἐναντίων τῷ πλήθει. αἰχμάλωτος δὲ γεγονὼς διὰ τὸ ἐρρωμένως ταῖς οἰκείαις χερσὶν ἀντιτάξασθαι καὶ μὴ δοῦναι νῶτα τοῖς πολεμίοις, συναποβάλλει μετὰ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς καὶ τὸν χάρακα, πολλῶν μὲν πεσόντων Ῥωμαίων καὶ ζωγρίᾳ ληφθέντων, πλειόνων δὲ φυγῇ τὴν ἰδίαν σωτηρίαν ἐνεγκαμένων.

Ἀλλὰ τῆς φήμης ταύτης καταλαβούσης καὶ προσπεσούσης τῷ βασιλεῖ, ἔδοξε μὲν σκυθρωπόν τι παθεῖν, οὐ μὴν δὲ τῶν πολιτικῶν ἀδικημάτων ἀπέσχετο, ταῖς τοῦ Νικηφόρου κακαῖς ὑποθημοσύναις πειθόμενος, μηδὲ αὐτός, ὡς ἐφάνη, τὴν φύσιν ἔχων τοῖς συμβουλευομένοις ἀντίθετον. οἱ δὲ Τοῦρκοι τὴν ἰδίαν ἔκτοτε κατέτρεχον ἀδεῶς. ἁδροῦ δὲ χρυσίου τὴν ἐλευθερίαν ἀνταλλαξαμένου τοῦ ἡγεμόνος, καὶ αὖθις κατὰ τῶν ἐναντίων στρατὸν εὐτρεπισθῆναι καὶ πεμφθῆναι διεγινώσκετο. καὶ προχειρίζεται στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ὁ Καῖσαρ Ἰωάννης, ὁ τοῦ βασιλεύοντος Μιχαὴλ πατράδελφος. ὃς διαπεραιωθεὶς καὶ μέχρι τοῦ Δορυλαίου πανστρατιᾷ διελθών, κἀκεῖσε τὴν στρατοπεδείαν καταστησάμενος, ἄρας ἐκεῖθεν προσωτέρω ἐπεπορεύετο· καὶ μέχρι τῆς γεφύρας τῆς τοῦ Ζόμπου καλουμένης, ἥτις τὸν Σαγγάρην ποταμὸν ἐπικαθημένη τὴν τῶν ἀνατολικῶν καὶ Καππαδοκῶν ἐπιζευγνύει ἐπαρχίαν, γενόμενος, πρὸ τοῦ ταύτην περαιωθῆναι τὸν

veniens non praeparatus, accendit invitus bellum, et inferior evadit multitudine eum adversariis superantibus. captivus autem factus, quia fortiter manibus propriis resistebat neque tergum dabat hostibus, amittit praeter ceteros apparatus etiam vallum, postquam multi Graeci ceciderunt et vivi capti sunt, plures fuga salutem reportarunt.

Sed fama huius rei dominante et regi obveniente visus est triste quid passus esse, tamen iniuriis publicis non abstinuit, Nicephori malis consiliis parens neque ipse, ut apparebat naturam habens, consiliariis oppositus. Turcae autem terram inde percursabant intrepidi: quodcum multa pecunia libertatem ducis redemisset, rursus contra hostes exercitum parari et mitti visum est: atque creatur dux imperator Caesar Ioannes, regnantis Michaelis patruus: qui quidem transgressus et usque ad Dorylaeum cum toto exercitu profectus ibique castra ponens, postquam inde discessit, prorsus abiit: et postquam usque ad pontem Zompi nomine dictum venit, qui Sangari fluvio impositus orientis et Cappadocum provinciam coniungit, priusquam hunc transiit, audivit Ruselium castra habere ex adversa Armeniacae provinciae

Ῥουσέλιον ἐμεμαθήκει πρὸς τὴν ἀντιπέραν στρατοπεδεύσασθαι, τὴν ἐκ τῶν Ἀρμενιακῶν ἄραντα μετὰ πολλῆς καὶ ἀγρύπνου τῆς ἱππασίας καὶ ἐπιτάσεως. πέμψας δὲ ὁ Καῖσαρ περὶ συνθηκῶν αὐτῷ καὶ εἰρήνης, ὡς εἰκός, διελέξατο. οὐκ ἐν ἴσῳ δὲ τῷ τῆς τύχης ἀποτελέσματί τε καὶ συγκυρήματι τὴν πρεσβείαν εἰσήνεγκεν, οὐδ' ἐπὶ φιλοτίμοις ἐπαγγελίαις καὶ δωρεαῖς, ἀλλ' ἐπὶ ταπεινώσει καὶ συμβουλῇ τάχα τοῦ μὴ ἀπηνῶς καὶ χαλεπῶς διαχειρισθῆναι. ὁ δὲ Ῥουσέλιος ἅμα μὲν ταῖς ἰδίαις χερσὶ θαρρῶν, ἅμα δὲ καὶ πολεμικοῦ φρονήματος καὶ γενναιότητος πνέων, οὐκ ἐδέξατο τὴν πρεσβείαν ὡς ἀτιμάζουσαν αὐτοῦ τὴν ἰσχὺν καὶ ἀπειλοῦσαν καὶ οὐχὶ δεξιουμένην αὐτὸν ὑποσχέσεσι. καὶ διὰ τοῦτο πόλεμος ἀμφοῖν ἐπεκηρυκεύθη τοῖς μέρεσιν. ἐπεχείρει μὲν οὖν ὁ Καῖσαρ διὰ τῆς γεφύρας περαιωθῆναι κατ' αὐτοῦ· συνεβούλευε δ' ὁ συστράτηγος (ἦν δ' οὗτος Νικηφόρος κουροπαλάτης ὁ Βοτανειάτης, ἀνὴρ ἐξ ἐνδόξων γενόμενος καὶ προγονικὴν ἔχων τὴν στρατιωτικὴν γενναιότητα, καὶ κατὰ χεῖρα καὶ φρένα πάντων ὑπερφέρων καὶ ὑπερκείμενος, καὶ γένους f. 206 r. λαμπρότητι καὶ περιουσίας ὀλβιότητι κατὰ πᾶσαν ἀνατολὴν τυγχάνων ἐπισημότατος) μὴ διαβῆναι τὸν ποταμόν, ἀλλὰ περιμεῖναι καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ στρατοῦ, καὶ ἢ καταμαλάξαι τὸν βάρβαρον ὑποσχέσεσιν ἐκ τῆς ὑπερθέσεως, ἢ περαιούμενον ἐκ τῆς γεφύρας δέξασθαι ἀπαράσκευον, ἢ μετὰ τὴν ἐπιδημίαν τοῦ ἐπιλοίπου στρατεύματος μετὰ πλείονος τούτῳ τῆς

2. ἄραντας C.

parte, profectum cum multa et indefatigata equitandi et impetus arte. legatos mittens Caesar de pactionibus cum eo et de pace, ut aequum erat, egit, neque tamen in pari fortunae eventu et casu legationem induxit, neque generosis promissis et donis, sed contemtu et consilio tantum non asperae et difficilis tractationis. sed Ruselius qui et suis manibus confideret et bellicam cogitationem nobilitatemque spiraret, non accepit legationem, quippe quae eius vim contemneret et minas ferret neque amplecteretur eum promissis: atque hanc ob rem bellum utrisque indictum est partibus. studebat igitur Caesar ponte transgredi contra eum: suadebat autem collega eius imperii (erat hic Nicephorus curopalates Botaniates, homo ab illustribus oriundus et quasi avitam habens militarem nobilitatem, et manu et ingenio omnibus praestans et superior, et generis splendore et rerum abundantia in omni oriente clarissimus), ne fluvium transiret, sed exspectaret etiam reliquum exercitum, atque aut emolliret barbarum promissis dilatando, aut transgressum ex ponte exciperet imparatum, aut post adventum reliqui exercitus maiore cum apparatu huic obveniret. is autem neglecto hoc

παρασκευῆς ἐπελθεῖν. ὁ δὲ παρακούσας τῆς ἀρίστης ταυτησὶ συμβουλῆς, καὶ τὸν ποταμὸν διαβὰς ἐπιπόνως διὰ τὸ τῆς γεφύρας εὐόλισθον, πολέμῳ παραυτίκα τεθορυβημένος προσέπταισε, καὶ τὰς παρατάξεις ἀντιτάξας τοῖς ἐναντίοις καὶ δόξας αὐτοὺς καταπονῆσαι καὶ τρέψαι, μάχῃ καρτερωτέρᾳ παρὰ δόξαν ἐνέπεσεν· ὁ γὰρ Ῥουσέλιος μετὰ τῶν ἐπιλέκτων αὐτῷ ἐπελθὼν κατὰ κράτος τοῦτον νικᾷ καὶ ταῖς ἰδίαις χερσὶν αἰχμάλωτον τίθησι. τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ στρατοῦ διασκεδασθὲν πρὸς φυγὴν αἰσχρῶς ὥρμησε. καὶ οὕτω τῶν ἀγώνων ἐκράτησεν ὁ Ῥουσέλιος, τοῦ δηλωθέντος συστρατήγου ἀτρέστῳ καὶ ἀκαταπλήκτῳ φρονήματι μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐπανελθόντος εἰς τὴν ἰδίαν κατοικίαν καὶ ἔπαυλιν.

Τί δὲ τὸ ἀπὸ τοῦδε; γέγονε μὲν ὁ Ῥουσέλιος μέγας καὶ περιώνυμος λίαν τῷ μεγέθει τοῦ κατορθώματος, χωρῶν δὲ κατευθὺ τοῦ Βυζαντίου τὸν Καίσαρα σιδηροδέσμιον εἶχε καὶ πολλοῖς ἀνιαροῖς περιέβαλεν. ὡς δὲ προσηγγέλη τὸ τοιοῦτον ἀτύχημα τῷ τε κρατοῦντι καὶ τῷ δήμῳ παντί, πολλή τις ἐνέσκηψε μέριμνα πᾶσι, τὴν τοῦ Φράγγου ἐπιδημίαν ὑπόπτιον ἐξ ἐπιβουλῆς ἔνδον οἰομένου τοῦ βασιλεύοντος. διὸ καὶ καθίσας εἰς τὸν βασίλειον δίφρον, τοιάδε πρὸς τοὺς παρόντας μετὰ πολλῆς τῆς κατηφείας ἐδημηγόρησεν. "ἄνδρες πολῖται καὶ ὅσοι τῆς συγκλήτου βουλῆς, σκυθρωπὴν ἀγγελίαν, καὶ οἵαν οὐδεὶς ὑπέμεινεν ἕτερος, ἄρτι καταλαβοῦσαν ἐνωτι-

optimo consilio fluvium transgressus laboriose propter pontis fragilitatem, et bello statim turbatus decidit, et ordines opponens adversariis, cum sibi visus esset eos fatigaturus esse versurusque, in pugnam validiorem praeter opinionem incidit. Ruselius enim cum delecta manu ei obveniens summa vi hunc vincit et suis manibus captivum reddit: reliquus autem exercitus dispersus fugae se turpiter dedit, atque ita certamine superior fuit Ruselius, cum collega imperii supra dictus intrepido et invicto animo cum suis reversus esset in suam domum et sedem. quid postea? factus est Ruselius valde magnus et clarus magnitudine eventus, et progrediens adversus Byzantium Caesarem vinculis ferreis tenebat multisque molestiis circumdedit.

Quod malum cum nuntiatum esset imperatori et populo universo, magna occupavit aegritudo omnes, cum rex Franci adventum imminere insidiose secum putaret. quamobrem se considens in regio solio, talia ad praesentes multa cum animi demissione palam locutus est: „cives et quicunque concilii senatus estis participes, durum nuntium qualemque nemo exspectavit alius nunc dominantem postquam audivi non multum a moriendo absum. equidem enim sum ille Ionas:

σάμενος μικροῦ δέω θανεῖν. ἐγὼ γάρ εἰμι ἐκεῖνος ὁ Ἰωνᾶς. λοιπὸν ἄρα τέ με καὶ βάλετε εἰς τὴν θάλασσαν· διὰ γὰρ τὰς ἐμὰς πράξεις τὰ τοιαῦτα σκυθρωπὰ καὶ χαλεπὰ συναντήματα τοῖς Ῥωμαίοις ἐπισυμβαίνουσιν." καὶ ὁ μὲν λόγος μετάνοιαν τῶν κακῶς πραττομένων ᾐνίττετο, τὸ δ' ἔργον οὐκ ἦν, καὶ ἡ διόρθωσις ἐδείκνυτο οὐδαμοῦ· ἦν γὰρ ἐκεῖνος ὁ ταῖς κακίσταις ὑποθημοσύναις ὡς ἀκυβέρνητος καταδουλούμενος ἑαυτόν. τέως δ' οὖν προϊόντος τοῦ Ῥουσελίου πρεσβεῖαί τινες ἐκ βασιλέως πεμφθεῖσαι τούτῳ συνήντησαν, ἀξίωμα κουροπαλατικὸν ὑπισχνούμεναι καὶ δωρεὰς φιλοτίμους, εἰ τὴν ἀποστασίαν ἀφεὶς ὑπόσπονδος τῷ βασιλεῖ γένηται. ὁ δὲ μηδενὸς τῶν λεγομένων ἀνήκοος γεγονώς, τῆς πρὸς τὴν βασιλεύουσαν πορείας σπουδαιότερον εἴχετο. εἶχε γὰρ μεθ' ἑαυ- f. 206 v. τοῦ αἰχμάλωτον, ἐν τῇ τοῦ Καίσαρος τροπῇ τοῦτον προσειληφώς, Βασίλειον σβέστην τὸν Μαλέσην, ἐκ τῆς τῶν Περσῶν αἰχμαλωσίας οὐκ ἐκ πολλοῦ ἐπανιόντα, τῷ Καίσαρι δὲ προσληφθέντα καὶ οἰκειωθέντα διὰ τὸ περιφανὲς τῆς τούτου φρονήσεως καὶ γνώσεως. ἀλλ' εἰ καὶ δορυάλωτον τοῦτον ὁ Ῥουσέλιος ἔλαβεν, ὅμως ἐν τιμῇ μεγίστῃ εἶχε, καὶ ὡς ἔμπρακτον ἄνδρα καὶ λογικώτατον, καὶ πεῖραν αὐτοῦ δεδωκότα διὰ τῶν προτέρων ἐπιστρατεύσεων, ἐν μοίρᾳ τῶν συμβούλων ἐτίθετο, μᾶλλον δὲ πρώτιστον εἶχε, καὶ ὡς γλώσσῃ καὶ χειρὶ τῷ τοιούτῳ ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἐκέχρητο πράγμασιν. οὗτος τὰ πολλὰ μὲν ἑλέσθαι τὴν εἰρήνην τῷ Ῥουσελίῳ ὑπετίθει· εἰ δὲ καὶ

2. βάλλετε C. 20. δεδωκότος C.

iam tollite me et iacite in mare: propter mea enim facta tales duri et difficiles casus Graecis accidunt.“ atque verba quidem poenitentiam male factorum significabant: res autem non ita se habebat: neque usquam emendatio apparebat. subiecerat enim se ille pessimis consiliis quasi non gubernatus. interea igitur cum progrederetur Ruselius, legationes a rege missae huic obviam venerunt, dignitatem curopalaticam promittentes, et dona ampla, si seditionem mittens regi pacatus fieret. ille autem nihil dictorum respiciens iter ad urbem studiosius tenuit. habebat enim suum captivum, quem in Caesaris fuga praeterea ceperat, Basilium bestam Malesen, ex Persarum captivitate non diu reversum, a Caesare autem adhibitum et consuetum propter nobilem eius cogitationem et intelligentiam. sed licet bello captum hunc Ruselius accepisset, tamen honore maximo eum habebat et ut strenuum virum prudentissimumque, qui etiam specimen dedisset prioribus expeditionibus, loco consiliariorum eum ponebat, sive potius omnium primum habebat et oratione et manu tali viro in civilibus

μισῶν τὴν τυραννίδα τοῦ Μιχαὴλ ὡς καὶ πολλὴν παρ' αὐτοῦ δεξάμενος τὴν καταφοράν, καθότι αἰχμάλωτος ὢν ἀντὶ ἐλέους βασιλικοῦ δήμευσιν ὑπέστη δωρεὰν καὶ τῶν ἰδίων τέκνων ἀπάνθρωπον γύμνωσιν, οἷα τὰ τῶν κρατούντων τότε παρανομώτατα κολαστήρια, ὑπεσκέλιζε τὴν τῆς εἰρήνης ἀπόβασιν, ἵνα τοὺς ἀλιτηρίους ἀμύνηται, αὐτὸς μὲν οὐκ οἶδα, λέγουσι δὲ οἱ πολλοί· ὁ δ' ἄνθρωπος φίλος ἐμοὶ γνησιώτατος ὢν ἐξώμνυτο τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν. εἰ δὲ καὶ τυραννοκτόνος ἐπεθύμει γενέσθαι, γενναιότητος τοῦτο πάντως τεκμήριον.

Ἐν τῷ μέσῳ δὲ τὴν ὁδοιπορίαν τοῦ Ῥουσελίου διηνυκότος, καὶ τὰς σκηνὰς ἐν Χρυσοπόλει θεμένου καταντικρὺ τοῦ τῆς βασιλίδος πορθμοῦ, φόβος ἔσχε τὸν βασιλέα, καὶ ἡ τοῦ Βύζαντος τῇδε κἀκεῖσε διεκυμαίνετο· τῶν ἁπανταχῇ γὰρ Φράγγων συναθροισθέντων καὶ συνελθόντων αὐτῷ, στρατὸς ἀξιόλογος τὸ τούτου στρατόπεδον ἐγνωρίζετο· ἐγγὺς γὰρ τῶν τρισχιλίων ἦσαν οἱ συνδραμόντες Φράγγοι αὐτῷ. ἡμέρας δέ τινας ἐν Χρυσοπόλει διακαρτερήσας, ἐν σιδηροπέδαις ἔχων τὸν Καίσαρα, πῦρ ἐνῆκε ταῖς ἐν Χρυσοπόλει τυγχανούσαις οἰκίαις· καὶ ἡ φλὸξ ἀρθεῖσα πολλὴν ἀνήγειρε τὴν βοὴν καὶ τὸν κωκυτὸν τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἂν τοῦ ἀνέμου μεταρριπίζοντος αὐτὴν καὶ καταπληκτικὴν ἀφιέναι φωνὴν μονονουχὶ

utebatur rebus: hic plerumque ut deligeret pacem Ruselio suadebat: etiamsi odisset tyrannidem Michaelis, cum multam ab eo accepisset cladem, quia captivus factus pro misericordia regia publicationem sustinuit donum, et liberorum crudelem spoliationem, quales dominantium tum erant maxime illegitimae castigationes, subornabat pacis eventum, ut deos ultores arceret. ipse hoc non novi, sed dicunt plerique. homo autem utpote valde sincerus, mihi amicus, eiurabat tale consilium: licet tyrannicida vellet esse, nobilitatis hoc omnino est documentum.

Cum autem medium iter Ruselius perfecisset, et tentoria Chrysopoli fixisset adversus fretum urbis, metus tenebat regem et Byzantium hic et illic fluctuabat. cum enim undique Franci convenirent et congregarentur, exercitus memoratu dignus huius castra aestimabantur. paene enim ter mille fuerunt Franci, qui ad eum confluxerant. postquam autem dies nonnullos Chrysopoli versatus est, in vinculis ferreis tenens Caesarem, ignem iniecit domibus, quae essent Chrysopoli, et flamma erecta multum excitavit clamorem et gemitum hominibus (sensu caret, neque qui exscripsit verba intellexisse videtur). emollire cupiens rex barbari violentiam, mittit huic suam uxorem cum

*τὴν τῶν πυροπολουμένων ὕλην παρασκευάζοντος. καταμαλάξαι δὲ βουληθεὶς ὁ βασιλεὺς τὴν τοῦ βαρβάρου θρασύτητα, πέμπει τούτῳ τὴν ἰδίαν γυναῖκα μετὰ τῶν παίδων αὐτοῦ. μεταπέμπεται δὲ καὶ τοὺς Τούρκους λαθραίως, ἤδη τῇ Ῥωμαίων προσβαλόντας ἐπικρατείᾳ, καὶ πολλαῖς ὑποσχέσεσι πείθει τῷ Ῥουσελίῳ ἀνταγωνίσασθαι. ὁ δὲ Ῥουσέλιος ἄρας ἐκ Χρυσοπόλεως εἰς τὴν Νικομήδειαν σπουδαίως ὑπανεχώρησε. βουλεύεται τοίνυν τοὺς στρατιώτας τῶν Ῥωμαίων ὑποποιήσασθαι καὶ εἰς πλῆθος μέγα τὸν οἰκεῖον ἀγεῖραι στρατόν. καὶ διὰ τοῦτο τῶν δεσμῶν ἀπολύσας τὸν Καίσαρα, καὶ φιλανθρώποις δεξιώσεσι τὰς πρώην κακώσεις παρὰ πᾶσαν θε-* f. 207 r.
*ραπεύσας ἐλπίδα, βασιλέα Ῥωμαίων τοῦτον ἀνίστησιν, εὐφημίαις καὶ παρασήμοις βασιλικοῖς τὸ κράτος αὐτῷ μεγαλοπρεπῶς συγκαταστησάμενος. ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν τούτου ἀγγελία τις τῶν Τούρκων αὐτοῖς ἐπῆλθε, πανστρατιᾷ τὸν λεγόμενον Σόφωνα τὸ ὄρος ὑπερβάντες ἀγχοῦ τοῦ φρουρίου τῆς Μεταβολῆς τὴν παρεμβολὴν ἐποιήσαντο. τῶν δὲ σκοπῶν ἀπαγγειλάντων ὥς τινες πολέμιοι, οὐ πλείους τῶν πέντε ἢ ἓξ χιλιάδων, αὐτοῖς ἐπεφάνησαν, εὐθὺς ὁ Ῥουσέλιος τὸ ἐνυάλιον ἀλαλάξαι προσέταττε, καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν ἐξώπλιζε πρὸς τὸν πόλεμον. ἦσαν δὲ πάντες οἱ τούτῳ συστρατευόμενοι Φράγγοι ἑπτακόσιοι καὶ δισχίλιοι· οὐδεὶς γὰρ ἔτι τῶν Ῥωμαίων αὐτοῖς προσερρύη διὰ τὸ τὴν φήμην τῆς*

1. *παρασκευάζοντα* C.

liberis, arcessit etiam Turcas clam iam Graecorum provinciam aggressos et multis promissis persuadet ut Ruselio adversarentur. Ruselius autem castra movens Chrysopoli Nicomediam studiose recessit: studet igitur milites Graecorum sibi conciliare et ad multitudinem magnam suum cogere exercitum: atque ideo vinculis solvens Caesarem et benignis gratiis priores iniurias praeter omnem spem corrigens, regem Graecorum hunc restituit salutationibus et insignibus regiis potentiam ei magnifice constituens. cum autem post declarationem huius nuntius Turcarum iis afferretur, toto cum exercitu Sophonem qui dicitur montem transgressi prope castellum Metabolen castra posuerunt. quodcum speculatores nuntiassent, hostes nonnullos, non plures quinque aut sex milibus sibi apparuisse, statim Ruselius clamorem bellicum tolli iussit et exercitum universum ad bellum apparabat. erant autem omnes, qui cum hoc militarent, Franci septingenti et bis mille. nemo enim etiamtum Graecorum iis adfluxerat, quia fama declarationis Caesaris nondum divulgata et audita erat Graecis. cum autem detinerent cursum et Caesar et quidam nobiliorum, ut clare perspicerent multitudinem adversariorum, non est, Ruselio ille ait, ferendum, coram sex

ἀναγορεύσεως τοῦ Καίσαρος ἔτι μὴ πλατυνθῆναι καὶ ἀκουσθῆναι τοῖς Ῥωμαίοις· ὡς δὲ ἀνέστελλον αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν ὅ τε Καῖσαρ καί τινες τῶν ἐξοχωτέρων ἐφ' ᾧ καθαρῶς ἐπιγνῶναι τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, "οὐκ ἀνεκτὸν" εἶπε "τῷ Ῥουσελίῳ ἐστὶ τὸ πρὸς ἓξ χιλιάδας Τούρκων ἀμφιγνωμονεῖν καὶ τὸν πόλεμον ἀναβάλλεσθαι." ὅθεν καὶ ταχὺ τὰς τάξεις καταστησάμενος ὥρμησεν ἐπ' αὐτούς. σὺν πολλῇ δὲ ῥύμῃ καὶ βοῇ τῶν Φράγγων κατὰ τῶν ἐναντίων καταπληκτικῶς ἐπεληλυθότων, ἐδέξαντο μὲν οἱ Τοῦρκοι τούτους ἐπιόντας ἀντικαταστῆναι βουλόμενοι, μὴ ἐνεγκόντες δὲ τὸ σφοδρὸν καὶ ἀνύποιστον τῆς ἐπιφορᾶς, οἱ μὲν ἔπεσον μαχαίρας ἔργον γενόμενοι, μηδενὸς τῶν Φράγγων κενὴν ἐσχηκότος τὴν χεῖρα σφαγῆς, οἱ δ' ἄλλοι πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. κατόπιν δὲ διωκόντων τῶν Φράγγων ἕτεροι πάλιν φονείᾳ χειρὶ παρεδίδοντο. ἀλλὰ τῆς διώξεως ἐπὶ πολὺ γενομένης προῆλθον μὲν οἱ Τοῦρκοι τὴν φυγὴν ἐπιτείνοντες, ἀκρατεῖ δὲ ῥυτῆρι τοὺς Φράγγους παρασκευάζων ὁ Ῥουσέλιος φέρεσθαι τόπον οὐκ ὀλίγον παρήμειψε. πολλὰς δὲ ἀκρωρείας ἀνιών τε καὶ κατιών, ἔλαθε τοὺς πλείστους τῶν στρατιωτῶν ὀπίσω παραλιπών. καὶ μετ' ὀλίγων ἀπολειφθεὶς σὺν τῷ Καίσαρι, ἐν ἵπποις κεκμηκόσι τῷ συνεχεῖ τῆς διώξεως, εἶδε τὸ στῖφος τῶν Τούρκων ἀπειροπληθὲς καὶ θαλάσσης ἀπλέτου μιμούμενον κύματα· ἦσαν γὰρ ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν χιλιάδας οἱ βάρβαροι. ὡς δὲ καὶ αὐτὸς ἐθεάθη, καὶ διέκρινε καθ' ἑαυτὸν μὴ ἀκίνδυνον εἶναι τὴν εἰς

milibus Turcarum cunctari et bellum differre: quamobrem etiam celeriter ordinibus instructis profectus est contra eos. cum autem multo cum impetu et clamore Franci contra hostes horrendum in modum ingressi essent, exceperunt quidem Turcae hos advenientes, resistere volentes: sed non ferentes vehementem et intolerabilem impetum, alii ceciderunt gladii opus facti, cum nemo Francorum vacuam haberet manum caede: ceteri autem in fugam se verterunt. a tergo autem eos persequentibus Francis alii rursus internecinae manui tradebantur: sed persecutione maxime aucta processerunt Turcae fugam expandentes. vehementi autem freno Francos incitans Ruselius locum non paulum mutavit et multas arces ascendendo et descendendo nescius plerosque milites a tergo reliquit, et praeter paucos derelictus cum Caesare in equis defatigatis perpetua persecutione, vidit globum Turcarum innumeralibem et maris immensi aequantem undas: erant enim supra centum milia barbarorum. postquam autem et ipse perspexit secumque iudicavit, non sine periculo fieri posse retro fugam, cum equi defatigati essent et hostes ex reditu confidentiam concipere possent,

τοὐπίσω φυγὴν ἅτε τῶν ἵππων αὐτοῦ κεκμηκότων καὶ τῶν ἐναντίων τῇ ἀπονοστήσει θάρσος λαβεῖν δυναμένων, μάχην καθ' ἑαυτὸν συρράξαι διέγνωκεν. ὡς δὲ προέγνων οἱ πολέμιοι τὴν τῶν ἰδίων κατακοπήν, ἐν φόβῳ καὶ κυδοιμῷ γεγονότες μικροῦ ἐδέησαν αὐτοὶ τὴν φυγὴν προλαβεῖν, εἰ μή τινες τῶν Φράγγων τῶν ἵππων καταβάντες ἐψυχαγώγουν αὐτούς, τῇδε f. 207 v. κἀκεῖσε σχολαίῳ ποδὶ παρασύροντες. κατανοήσαντες δὲ τούτους ἀπειρηκότας τῷ κόπῳ ἔστησαν ἐπὶ τὸ αὐτό. τοῦ δὲ Ῥουσελίου μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτὸν τὰ δόρατα τούτοις μετὰ σφοδρᾶς τῆς ῥύμης ἐπιστηρίξαντος, ἀντέσχον μὲν οἱ Τοῦρκοι, ἔπεσον δὲ καὶ τότε τούτων συχνοί. περικυκλώσαντες δὲ ὀλίγους ὄντας τοὺς ἀμφὶ τὸν Ῥουσέλιον τοσοῦτοι καὶ τηλικοῦτοι τὸ πλῆθος ὄντες οἱ Τοῦρκοι, βέλεσι συχνοτάτοις αὐτοὺς κατετίτρωσκον, τοῖς ἑκηβόλοις τόξοις ἀεὶ κεχρημένοι. καὶ τοὺς ἵππους ἐκ τούτων ἀσυμφανῶς κατασφάττοντες, καὶ διὰ πολλῶν χειρῶν καὶ βελῶν τούτους ἐν κύκλῳ περισχόντες ἀδιεξοδεύτῳ καὶ παναλκεῖ, πεζοὺς τῇ τῶν ἵππων σφαγῇ κατεστήσαντο. καὶ οὕτω πολλοὶ μὲν τῶν Φράγγων μετὰ Τούρκων πλειόνων τηνικαῦτα θανόντες κατέπεσον, ἥλω δὲ ζωγρίᾳ ὅ τε Καῖσαρ καὶ ὁ Ῥουσέλιος. οἱ δ' ὑπολειφθέντες τῶν Φράγγων εἰς τὸ τῆς Μεταβολῆς φρούριον συμφυγόντες, ἔνθα περ ἡ γυνὴ τοῦ Ῥουσελίου ἐτύγχανε, δι' ἀκριβείας ἐποιοῦντο τὴν τούτου φυλακὴν καὶ συντήρησιν. οἱ δὲ Τοῦρκοι τὸν Ῥουσέλιον ἐν ποδοκάκῃ βαλόντες ἰσχυροτάτῃ ἀσφαλῶς συνετήρουν,

pugnam ipse conserere statuit. sed hostes, cum sensissent suorum cladem, timore et trepidatione pleni, non multum abfuerunt, quin ipsi fugam eligerent, nisi nonnulli Franci equis descendentes animam agerent, eos huc illuc pigro pede trahentes. animadvertentes igitur hos esse confectos torpore, restiterunt ad id. Ruselio autem cum suis hastas his vehementi cum impetu obtrudente, sustinuerunt quidem Turcae eum, sed ceciderunt etiam tunc horum multi. cingentes Ruselii comites, qui pauci erant, tot talesque multitudine Turcae iaculis frequentibus eos vulnerabant, arcubus eminus semper usi, et equos deinde passim trucidantes et multis manibus et iaculis hos circulo circumdantes egressum non dante validoque pedites equorum caede reddiderunt: atque ita multi Franci cum Turcis pluribus tum morientes ceciderunt: captusque est vivus et Caesar et Ruselius, relicti autem Franci in castellum Metaboles confugientes, ubi uxor Ruselii versabatur, accurate exercebant eius praesidium et custodiam. Turcae autem Ruselium in compedes coniicientes firmissimas tuto custodiebant, sed Caesarem honore afficientes vinculis solutum habebant et

τὸν δὲ Καίσαρα διὰ τιμῆς ἄγοντες ἄνετον εἶχον καὶ τοῖς οἰκείοις ἀμφίοις ἐπίτιμον. ὅμως δ' οὖν ἀμφοτέρους χρυσίνων ἱκανῶν ἀνταλλάττεσθαι διεμήνυον.

Ἀγγελθείσης δὲ τῆς τούτων τροπῆς καὶ ἁλώσεως τῷ κρατοῦντι, ἐκκλησιάσας οὗτος ἐπὶ παλατίου πάσῃ τῇ γερουσίᾳ ἔκπυστον καὶ φανερὸν ἐποίησε τὸ συμβάν. τοῦ δὲ τιμήματος τῶν ἑαλωκότων ἐπιζητουμένου παρὰ τῶν Τούρκων, ἔσπευδεν ὁ βασιλεὺς δι' ἐξωνήσεως τούτους χειρώσασθαι. ἐπικατέλαβε γὰρ καὶ ὁ τὰ πρῶτα φέρων παρὰ τῷ Καίσαρι ὡς παιδείας λόγων καὶ πολυπειρίας ἀντεχόμενος, Βασίλειος πρωτοσβέστης ὁ Μαλέσης, ἐλευθερωθεὶς μὲν ἐκ τῶν Τούρκων τιμῆς ἁδρᾶς πρὸ καιροῦ, προσληφθεὶς δὲ τῷ Καίσαρι στρατηγῷ τοῦ πολέμου ἔναγχος ἀποδεδειγμένῳ, συμβουλεύων τῷ βασιλεῖ ταχέως πρίασθαι τούτους, ἵνα μὴ οἱ Τοῦρκοι, ὡς ἔστι βεβουλευμένον αὐτοῖς, βασιλέα Ῥωμαίων τὸν Καίσαρα προχειρίσωνται, καὶ διὰ τοῦτο μεγάλης ὠφελείας παρὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν πόλεων καὶ κωμῶν καὶ δυναστῶν ἀμαχητὶ ἐπιτεύξωνται· τοῦτο γάρ, φησίν, ἐμεμαθήκει μελετῶντας αὐτούς. οὕτω δὲ συμβουλεύσας καλῶς οὐδὲν τῆς τοιαύτης ἀπώνατο συμβουλῆς, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἀδίκως ὑπερορίαν κατεκρίθη καὶ δήμευσιν, οἷα τὰ τοῦ δεινοῦ καὶ πονηροῦ πολεμήτορος. ἁδρὰν οὖν καὶ βαρυτάλαντον χρυσίου ποσότητα συστήσας ὁ βασιλεύων τοὺς ἐξωνησομένους αὐτοὺς ἀπέστειλεν. ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ Ῥουσελίου

12. προληφθεὶς C.

proprio pallio honoratum: tamen utrumque accommodatis pecuniis redimi posse significabant.

Cum horum fuga et captivitas imperatori nuntiata esset, concione convocata hic in palatio omni senatui manifestum et clarum reddidit factum: atque cum census captivorum quaereretur ex Turcis, studebat rex redemtione hos subigere: assecutus enim id erat qui primas agebat apud Caesarem utpote eruditione orationum et experientia praeditus, Basilius Maleses protovestiarius: qui quidem liberatus Turcarum honore pleno mature et praelatus Caesari duci belli nuper creato suadebat regi ut celeriter hos emeret, ne Turcae, ut erat ab iis statutum, regem Graecorum Caesarem facerent et hanc ob rem magnam utilitatem a Graecis urbibus et pagis et dominis sine pugna compararent: hoc enim, ut aiebat, audiverat eos studere. quamquam autem ita suaserat pulchre nihil profuit ei tale consilium, nisi etiam magis iniuste exilii damnatus est et publicationis, qualia fieri solent a violento et difficili bellatore. plenam ergo et gravem pecuniae multitudinem postquam comparavit rex, eos qui redemturi illos essent, dimisit. cum autem uxor Ruselii, quae in castello Metabolo libenter

γυνὴ τῷ κάστρῳ τῆς Μεταβολῆς ἐμφιλοχωροῦσα, καὶ πλούτου ἱκανῶς ἔχουσα, προεξωνήσατο τὸν ἴδιον ἄνδρα καὶ ἀμφοτέρων τῶν ἐχθρῶν ἐλυτρώσατο, τούτου μὲν οἱ πεμφθέντες ἐκ βασιλέως ἀπέτυχον, τὸν δὲ Καίσαρα μόνον ἐξωνησάμενοι ἐπανῆγον εἰς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων. ἐν δὲ τῇ Προποντίδι γενομένων αὐτῶν εὐλαβηθεὶς ὁ Καῖσαρ ἴσως, ἵνα μὴ ὡς ἀποστάτης καταγνωσθῇ καὶ ὕποπτος τὸ ἀπὸ τοῦδε τυγ- f. 208 r.
χάνῃ καὶ περιεσκεμμένος ᾖ καὶ ἀπόβλητος, οὐκ ἔκρινε μετὰ κοσμικῆς τῆς περιβολῆς ἐπιστῆναι τῷ ἀνεψιῷ καὶ βασιλεῖ, ἀλλὰ τὴν κοσμικὴν ἀποβαλόμενος τρίχα, μεταθέμενος εἰς τοὺς μοναχούς, οὕτως ἐν εὐτελεῖ τῷ σχήματι τοῖς βασιλείοις ἐνέμιξεν. ὁπότε καὶ τοῖς εὐσυνέτοις ἀνδράσι θάμβος ἐπῄει καὶ ἔκπληξις· περὶ γὰρ τῶν ἀφρονούντων καὶ τὰ τοιαῦτα μὴ διακρινόντων λόγος οὐδείς.

Ἐπῄει οὖν θάμβος τοῖς ὅπως οἱ Ῥωμαίων ἀρχηγοὶ μετὰ τοσαύτης περιφανείας καὶ λαμπρότητος κατὰ τῶν ὁμοφύλων ἐπιστρατεύοντες, οὕτως ἀτίμως καὶ γοερῶς καὶ μετὰ τοιαύτης εὐτελείας καὶ δυσθυμίας πεποίηνται τὴν ἐπάνοδον, ἀντὶ τοῦ πρὶν τελουμένου τοῖς πάλαι Ῥωμαίοις λαμπροῦ καὶ στεφανηφόρου θριάμβου καταγέλαστον κατάγοντες καὶ πανευτελέστατον θέατρον, τὴν ἧτταν οὐ τῶν συστρατιωτῶν μόνον ἀλλὰ καὶ τὴν ἑαυτῶν κακοπάθειαν καὶ σκληροτυχίαν ὀδυνηρῶς θριαμβεύοντες. τί τούτου γένοιτ' ἂν διαδηλότερον θεο-

10. ἀποβαλλόμενος C. 15. αὐτοῖς? an τοῖς προειρημένοις?

versabatur, et divitiarum satis habebat, antea iam redemisset suum virum et utrisque inimicis solvisset, hunc quidem, qui missi erant a rege, non sunt nacti, Caesarem autem solum redemerunt et reduxerunt in urbem capitalem. cumque in Propontide essent, veritus Caesar, ne forte tanquam apostata damnaretur et suspectus postea fieret et vitatus et deiectus, nolebat cum amictu insigni adstare cognato et regi, sed insigni deposito crine transgressus ad monachos ita in forma vili regiam subiit: quando etiam prudentibus viris stupor obibat et perturbatio: nam de imprudentibus et qui talia non diiudicant, nullus est sermo.

Obibat ergo stupor his, quod Graecorum duces cum tanto splendore et candore contra cognatos bellantes, tam turpiter et misere et tali cum vilitate et animi abiectione retro ierunt pro antea peracto a priscis Graecis splendido et coronato triumpho ridiculum deducentes et vilissimum spectaculum, de clade non collegarum militarium solum sed etiam de sua fortuna et calamitate dura misere triumphantes. quid hac re potest esse clarius mentis alienatae documentum? quamobrem etiam admiratio me incessit, quomodo Graecorum reges, cum

βλαβείας ὑπόδειγμα; ὅθεν καὶ θαυμάζειν μοι ἔπεισι πῶς οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς τοὺς εἰδότας ἔχοντες πολλῶν ἱστοριῶν καὶ πράξεων ἐπιγνώσεις καὶ τύχας λαμπρὰς καὶ ταπεινὰς γινομένας ἐξ αἰτιῶν προφανεστάτων, ὧν μὲν ἐκ θείου χόλου τοῖς ἁμαρτανομένοις σφοδρῶς ἐπαναπτομένου, ὧν δὲ ἀπὸ βουλευμάτων γλίσχρων καὶ ἀγεννῶν καὶ ἀνοικείων τοῖς πράγμασιν, οὐδένα λόγον αὐτῶν πεποίηνται, οὐδ' ἀξιοῦσι τὰς αἰτίας μανθάνειν ἐξ ὧν τὰ τοιαῦτα δυστυχήματα τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ προσπίπτουσιν· ἀλλ' ἔξω πάσης βουλῆς θεοφιλοῦς καὶ θεραπείας τοῦ θείου καὶ τῆς τῶν πατρίων νόμων ἐπανορθώσεως καθιστάμενοι, ἀβούλως καὶ προπετῶς εἰς πολέμους μεγάλους καὶ κινδύνους, μὴ πρότερον τὸν θεὸν ἱλεωσάμενοι, τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις εἰσάγουσι, καὶ πάσχοντες κακῶς καὶ ἡττώμενοι ἀπηνῶς αἴσθησιν οὐ λαμβάνουσι τῆς ἐκ τοῦ θείου νεμέσεως. ἀλλ' οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι οὐχ οὕτω ποιοῦντες, τὰς φοβερὰς ἐκείνας καὶ μάχας καὶ στρατηγίας κατώρθουν, ἀλλὰ καίπερ τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ λόγου καὶ τῆς ἐκ τῆς ἀρρήτου καὶ ὑπερφυοῦς σαρκώσεως αὐτοῦ καὶ κατὰ τόνδε τὸν κόσμον συναναστροφῆς νομοθεσίαν μηκέτι λαβόντες ἐπὶ τὸ σέβειν τὰ θεῖα καὶ ἀρετῆς ἀντιποιεῖσθαι καὶ τοὺς τῆς ἀγαθοεργίας νόμους καὶ εὐσεβείας καὶ καθαρότητος ἐκθύμως τηρεῖν, ὅμως τῇ φυσικῇ μεγαλοφροσύνῃ πρὸς τὰς τούτων παρατηρήσεις νουνεχῶς ἐπαιδεύοντο, καὶ εἴπερ ποτὲ συνέβη τῇ Ῥώμῃ εἴτε ἥττης δυσκλήρημα

18. νομοθεσίας C.

habeant eos, qui calleant cognitionem multarum historiarum et rerum et fortunas splendidas et humiles, ortas causis manifestissimis partim ira divina peccatis vehementer addita partim consiliis minutis et ignobilibus et ad res non aptis, nullam rationem eorum habuerint neque studeant causas cognoscere, quibus talia mala Graecorum imperio accidant, sed extra omne consilium deo acceptum et cultum numinis divini et restitutionem legum patriarum versati, imprudenter et incautius in bella magna et pericula, non antea deo placato, Graecos exercitus ducant et male affecti et victi crudeliter, non animadvertant divinam ultionem. sed prisci Romani non sic agentes, terribiles illas et pugnas et expeditiones feliciter agebant : at quamquam verbi divini, mystico et supra naturam modo incarnati et in hoc mundo versati legem non acceperant ad colenda divina et virtutem petendam et leges beneficientiae et pietatis et integritatis studiose observandas, tamen naturali magnanimitate ad harum rerum observationem prudenter educabantur atque si quando accidit Romae sive cladis infortunium sive ut signum non faustum appareret, multam instituebant interroga-

εἴτε σημεῖον οὐκ ἀγαθὸν ἐπεφάνη, πολλὴν ἐποιοῦντο τὴν ἔρευναν καὶ τὴν ζήτησιν, μή πού τι τῶν δεόντων καὶ ἁρμοζόντων παρελείφθη, ἢ παρθένος ἐκ τῶν φυλαττουσῶν τὸ ἀθάνατον πῦρ τὴν παρθενίαν ἐκλάπη, ἢ παρανομίας ἐπράχθη ὀνείδισμα, καὶ χόλος ἐντεῦθεν θεῖος τοῖς Ῥωμαίοις ἐπαπειλεῖ. καὶ διερευνώμενοι πολλάκις εὕρισκον τὰς τῶν ἀτοπημάτων αἰτίας· καὶ διορθούμενοι ταύτας, καὶ τὸ θεῖον ἐξευμενίσασθαι πληροφορηθέντες, μετὰ τοιαύτης παρασκευῆς καὶ θάρσους εἰς f. 208v. τοὺς πολέμους ἐχώρουν, καὶ κατώρθουν αὐτούς, ἐπὶ μεγάλοις τροπαίοις τὰς νίκας ἐπαίροντες. ἐπεὶ καὶ τοῦτο τοῖς στρατηγοῖς διὰ σπουδῆς καὶ φροντίδος ἐγίνετο, τὸ καθαρμὸν ποιεῖσθαι τῇ στρατιᾷ παντὸς ἀδικήματος καὶ ῥυπάσματος, καὶ μετὰ τὸ καθῆραι ταύτην τὸ προκινδυνεύειν τῆς πατρίδος ἄμεινον εἶναι διελογίζοντο. τοῖς δὲ νῦν Ῥωμαίοις οὐδὲν τούτων διὰ φροντίδος ἐστίν, ἀλλ' οἱ μὲν ἀρχηγοὶ τούτων καὶ βασιλεῖς προφάσει δημοσιακῆς ὠφελείας τὰ χείριστα καὶ θεομισῆ καὶ παράνομα διαπράττονται, ὁ δὲ τοῦ στρατοῦ προηγούμενος μὴ προσανέχων τῷ πολέμῳ, μηδὲ τῇ πατρίδι νέμειν τὰ ὅσια προαιρούμενος, καὶ τὴν ἐκ τῆς νίκης δόξαν περιφρονῶν, πρὸς τὸ κερδαίνειν ὅλον ἑαυτὸν ἐπιτείνει, καὶ τὴν στρατηγίαν ἐμπορίαν κέρδους, οὐκ εὐπραγίαν τοῦ ἰδίου ἔθνους οὐδ' εὐδοξίαν πεποίηται. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος, ἐκ τῶν ἡγεμόνων τὰς ἀφορμὰς λαμβάνον, τὰς ἀδικίας ἀκαθέκτους . . . καὶ ἀναι-

tionem inquisitionemque ne quid necessarii et apti negligeretur, sive virgo ex iis, quae custodiebant aeternum ignem, virginitate privata fuit, sive legum neglectarum facta erat ignominia et ira inde Romanis divina minabatur. et quaerentes saepenumero inveniebant iniquitatum causas et corrigentes eas atque se numen divinum placasse persuasum habentes cum tali apparatu et animo in bella ibant et feliciter gerebant ea, magnis tropaeis victorias tollentes: quandoquidem etiam hoc ducibus studio et curae fuit, ut expiationem instituerent exercitui omnis iniuriae et contaminationis et expiato hoc propugnare pro patria melius esse ducebant. hodiernis autem Romanis nihil horum curae est: sed duces quidem horum regesque specie publicae utilitatis pessima et deo invisa et illegitima perficiunt: exercitus autem imperator non intendens animum bello neque patriae tribuere iusta satius ducens et gloriam victoriae negligens ad lucrum se totum advertit et imperium mercaturum lucri, non fortunam sui populi neque gloriam reddiderunt: reliqua autem multitudo, a ducibus copia facta, iniurias indomitas committit et impudenti impetu cognatos male et crudeliter persequitur, rapiens et evincens quae his sunt propria, et hostium

σχύντοις ὁρμαῖς τοὺς ὁμοφύλους κακῶς καὶ ἀπανθρώπως μετέρχονται, ἁρπάζοντες καὶ βιαζόμενοι τὰ τούτοις προσόντα, καὶ τὰ τῶν πολεμίων δρῶντες ἐν τῇ ἰδίᾳ κατοικίᾳ καὶ χώρᾳ, καὶ μηδεμιᾶς κακοποιίας ἢ λαφυραγωγίας παραχωροῦντες τοῖς λεγομένοις πολεμίοις. ἀφ' ὧν αἱ παλαμναιότατοι τούτοις ἀραὶ παρὰ τῶν ὁμογενῶν ἐπιφέρονται, ὡς τῆς ἥττης αὐτῶν ἄνεσιν παρεχομένης πάσαις ταῖς τῶν Ῥωμαίων κώμαις καὶ χώραις καὶ πόλεσι τοιούτων πράξεων δρωμένων. καὶ πάλιν τεθαύμακα, τίνι θαρροῦντες οἱ τῶν Ῥωμαίων προεστῶτες πρὸς ἀντιπαρατάξεις καὶ πολέμους, ἐν οἷς ἀγωνοθέτης ἀρρεπὴς καθέστηκεν ὁ θεός, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐξοπλίζουσιν. ἢ πάντως οἰόμενοι λήσειν τὸν ἀνύστακτον ὀφθαλμὸν καὶ κλέψαι τὴν νίκην, ὥς τινος οἰκοδεσπότου μὴ ἐπαγρυπνοῦντος τοῖς ἰδίοις οὐσιδίοις. λανθάνουσι δὲ οὐ μόνον τῶν ἐπὶ ταῖς μάχαις ἐλπίδων ἀποτυγχάνοντες, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον δυσκλεῶς καταστρέφοντες καὶ τοῖς ἐξ ἀδικίας συμποριζομένοις προσαποβάλλοντες καὶ τὰ ἐκ δικαίων πόρων τῷ δημοσίῳ περιερχόμενα. ἔγωγε οὖν ἐν πολλοῖς συνεκστρατευσάμενος, κἂν τοῖς βασιλείοις συνεχῶς συναναστρεφόμενος, οὐδέπω ἔγνων ἐν πᾶσι βουλὴν θεῷ ἀρέσκουσαν, οὐδ' ἐπὶ στρατιωτικοῖς ἢ πολιτικοῖς πράγμασι σκέψεως προβαινούσης ἢ διαγνώσεως εὐλάβειαν προεπιμιχθεῖσαν τοῦ μὴ πώς ποτε παράνομόν τι συναναφαίνεται τῇ βουλῇ καὶ θεῷ ἀποτρόπαιον· ἀλλὰ τὸ πᾶν εἰς τὸ κέρδος τοῦ βουλεύματος καταντᾷ, κἂν ἱερὰ βεβηλῶνται, κἂν ἄνθρωποι βλάπτων-

more se gerens in sua sede et terra neque ullam vexationem vel direptionem relinquens hostibus qui dicuntur: unde maxime dirae his preces a cognatis imponuntur, quippe clade eorum remissionem praebente omnibus Graecorum pagis et terris et urbibus talium facinorum. atque rursus miratus sum, quo tandem freti Graecorum principes ad acies et bella, in quibus brabeuta incorruptus existit deus, suos instruant, profecto omnino opinantes, fore ut lateant oculum semper vigilem et surripiant victoriam tanquam patrifamilias non invigilanti rebus rem familiarem. nescii autem non solum spem pugnarum perdunt sed etiam vitam ingloriose finiunt et praeter ea quae iniustitia traduntur, vel ea amittunt, quae iustis reditibus rei publicae influunt. equidem igitur, qui multarum expeditionum particeps fuerim et in regia continuo sim versatus, nondum cognovi in omnibus voluntatem deo gratam neque in rebus militaribus vel civilibus cogitatione praecedente aut cognitione cautionem admixtam, ne quando iniusti quid in consilio appareret et quod deo esset invisum: sed omnia ad lucrum

ται· κἀκεῖνο προέχουσιν ἐν τοῖς βασιλείοις εἰς τὰς προφάσεις τοῦ ἀδίκου καὶ θεομισοῦς κέρδους, ἐκ πονηρίας συλλέγοντες. ἀλλ' οὐδ' ἐν πολλοῖς τούτων ὁ θεὸς ἡγεῖται τοῦ προβουλεύματος, καὶ μνήμη τούτου συνανακέκραται. διὰ ταῦτα τὴν τῶν γινομένων ἐν τοῖς Ῥωμαίοις καταστροφὴν ἐς αὐτὴν ἀναφέρω τὴν ἐκ τοῦ θείου νέμεσιν καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀδεκάστου f. 209 r. γνώμης ἀπόφασιν, ὅτι τοῖς ἔθνεσι τιμᾶσθαι τὸ δίκαιον λέγεται, καὶ συντηρεῖσθαι τὰ πάτρια νόμιμα τούτοις ἀπαρεγχείρητα, καὶ πᾶσαν τὴν εὐτυχίαν ἐκ τοῦ δημιουργοῦ καταπτᾶσαν αὐτοῖς συνεχῶς ἐπιλέγουσιν, ἅπερ κοινὰ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις εἰσὶ προτερήματα καὶ παρὰ πάσης ἀπαιτοῦνται θρησκείας. ἡ γὰρ ἀληθὴς καὶ ἀμώμητος πίστις ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, ἐπεὶ τῶν ἀρετῶν τυγχάνομεν ἔκπτωτοι, κατάγνωσίς μᾶλλόν ἐστι καὶ κατάκρισις, καθὼς καὶ τῷ θείῳ νόμῳ τῶν ἐντολῶν δοκεῖ, φάσκοντι "ὁ εἰδὼς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ καὶ μὴ ποιῶν δαρήσεται πολλάς."

Καὶ μή μοί τις ἐπιτιμήσῃ τῆς τοιαύτης τῶν ἡμετέρων καταδρομῆς. οὐ γὰρ ἐπὶ λοιδορίᾳ τούτων ἁπλῶς καὶ ἀτιμίᾳ ψευδόμενος γέγραφα, ἀλλ' ἐπὶ ἐλέγχῳ τῶν κακῶς πραττομένων, μή πού ποτε ἄρα αἰδὼς καὶ φόβος ἐπέλθῃ τοῦ θείου τοὺς ἡγεμόνας καὶ στρατηγοὺς καὶ αὐτοὺς τοὺς ὑπηκόους αὐτῶν, καὶ μεταβαλόντες ἐπὶ τὰ κρείττονα τῆς ἄνωθεν εὐμενείας καὶ ἀντιλήψεως τύχωσι, καὶ τὰς οἰκτρὰς ἐπανορθώσον-

8. ἀπαρεγχείρηται C.

consilii spectant sive sacra profanantur sive homines violantur: illudque obtinent in regia ad praetexta iniusti et deo invisi lucri, improbitate ea colligentes: sed neque in multis horum deus praeest consilio memoriaque huius admista est. propterea rerum gestarum apud Graecos exitum ipsi divinae tribuo ultioni et iudicio incorruptae sententiae: quia paganis coli iustitia dicitur, et observari patrios mores his fixum est et omnem felicitatem a mundi fabricatore iis evenire semper declarant, quales communes omnibus hominibus sunt virtutes et ab omni requiruntur cultu. vera namque et integra fides nostrum Christianorum, quando virtutibus excidimus, damnatio magis est et iudicium, sicut etiam divinae mandatorum legi videtur, quae ait: sciens voluntatem domini ipsius neque perficiens valde castigabitur.

Neve quis mihi exprobret talem rerum nostrarum insectationem: neque enim probro horum omnino et dedecori mentitus ea scripsi, sed vituperationi male factorum, si quando forte pudor et metus numinis divini invadat imperatores et duces et ipsos subiectos, et versi ad meliora priorem clementiam auxiliumque nanciscantur et miseras corri-

καὶ τύχας. περιέσχον γὰρ ἡμᾶς ὠδῖνες θανάτου, κατά τε πᾶσαν ἑῴαν καὶ τὴν ἑσπέραν τῶν Γοτθικῶν καὶ μιαρωτάτων ἐπικρατησάντων ἐθνῶν, καὶ καταψηφισάντων τῆς ἡμῶν εὐηθείας ἢ ἀμελείας, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, θεοβλαβείας καὶ μανίας, ὅτι κατ' ἀλλήλων λυττῶντες καὶ ἀκρατῶς τοῖς ὁμοφύλοις μαχόμενοι καὶ θανάτου καταφρονοῦντες, ἐν τοῖς ἀλλοφύλοις πολέμοις δειλοὶ καὶ ἀνάλκιδες καὶ πρὸ πολέμου νῶτα διδοῦντες φαινόμεθα.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱκανὰ πρὸς ἄνδρας πολλὰ καὶ ἐξ ὀλίγων δυναμένους νοεῖν καὶ προνοεῖν τοῦ συμφέροντος. εἰσελθόντος δὲ τοῦ Καίσαρος καὶ παραστάντος τῷ βασιλεῖ ἔμεινε μὲν ἡσυχία τοῖς βασιλείοις, καὶ ἔδοξεν ὁ κρατῶν ἤδη κατωρθωκέναι τὸ πᾶν, πλὴν ὅσον ἀπέτυχε τὸ μὴ τὸν Ῥουσέλιον ἐν χερσὶ λαβεῖν καὶ ἀμύνασθαι. τὴν γὰρ τῶν Τούρκων κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἐπιστρατείαν, καὶ τὸ σφάττεσθαι τοσοῦτον γένος Χριστιανῶν, καὶ δῃοῦσθαι κώμας καὶ χώρας, καὶ ἄρδην ἀνάστατον τὴν ἑῴαν ὁρᾶσθαι, πῇ μὲν σφαζομένων ἀναριθμήτων ἀνθρώπων πῇ δὲ αἰχμαλωτιζομένων, ἐν δευτέρῳ ἐτίθετο. ὁ δέ γε Ῥουσέλιος, εἰ καὶ οἱ Τοῦρκοι διεσπασμένοι πρὸς πάντα τὰ Ῥωμαϊκὰ ἐτύγχανον θέματα, ἀλλ' αὐτὸς ἄρας ἐκ τοῦ τῆς Μεταβολῆς φρουρίου μετὰ τῶν ὑπολειφθέντων Φράγγων στρατιωτῶν καὶ τῆς συνεύνου καὶ τῶν τέκνων καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ διὰ μέσης τῆς χώρας ἀτρέ-

6. θανάτῳ C.

gant fortunas. tenuerant enim nos dolores mortis, in omni oriente atque occidente Gothicis et sceleстissimis dominantibus populis, et luxuriantibus nostra simplicitate sive negligentia sive, id quod verius est nomen, mentis abalienatione et insania, quia contra nos invicem furentes et impotenter cum cognatis pugnantes et mortem contemnentes, tamen in alienis bellis ignavi et infirmi et ante bellum terga dantes apparemus.

